Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

HILARII DRVDONIS
PRACTICA ARTIS AMANDI
Et
Alia ejusdem materiæ.



AMSTELODAMI,
Apud Georgium Trigg. A°. 1652.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

183-M25

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

KW 183 M 25

Equitis Franci & Adoleſcentulæ Mulieris Italæ

PRACTICA ARTIS AMANDI, INSIGNI & JUCUNDISSIMA HISTORIA OSTENSA.

Cui præterea, quæ ex variis autoribus antehac annexa ſunt, alia quædam huic materiæ non inconvenientia jam primum acceſſerunt, eaque ſingularia;

Et ad Praxin hujus ſeculi potiſſimum accommodata.

AVCTORE
HILARIO DRVDONE
Poëſeos Studioſo.

AMSTELODAMI,
Apud GEORGIVM TRIGG
Anno Dom. 1651.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

Koninklijke
Bibliotheek
te 's Hage

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

AD BENEVOLVM
LECTOREM.

INcidimus nuper, Lector amice, in Æneæ Sylvii viri ſuo ſeculo clariſſimi, Epiſtolarum σύνταγμα, in quo cum ad amicum patris cujuſdam nobilis amantum amores, non eos licitos quidem, aſt ardentes, hiſtoria concinna, ſtyloque haud ineleganti deſcriptos cerneremus, operæ nos pretium facturos cenſuimus, ſi, quam tenebræ hactenus contexerant, luci redderemus deſcriptionem: non eo quidem conſilio ac fine, ut factum ipſum, non uſque adeo honeſtum, adoleſcentibus noſtris imitandum proponeremus: ſed ut ab illicitis eoſdem prurientibuſque amoribus abſterreremus potius, omniq; conatu avocaremus. Neminem enim futurum exiſtimamus, qui, ubi ex vivo hoc exemplo didicerit, veriſſimum illud eſſe Poëtæ, qui

Amori, *inquit*, accedunt hæc vitia:
Inſomnia, ærumna, error, & terror, & fug
Ineptia ſtultitiaque adeo, & temeritas,
Incogitantia, excors immodeſtia.
Petulantia, cupiditas & malevolentia,
Inhæret etiam aviditas, deſidia, injuria,
Inopia, contumelia & diſpendium, &c.

cum Plauto illico, mille modis amorer ignorandum eſſe, procul adhibendur & abſtinendum, non ſit exclamaturus

Adjunximus autoris cujuſdam doctiſſimi doctiſſimas diſceptationes duas, in quarum prima Aleæ, Scortationis & Ebrietatis, vitiorum pari ferme paſſu ambulantium, graphice depingitur, & ingenioſe oſtenditur turpitudo: altera vero Philoſophię, Medicinæ, Oratoriæq; ſplendor commonſtratur & dignitas. Quas ideo ſibi propoſitas meminerint adoleſcentes, ut illa tanquam ſcopulos periculoſiſſimos ſtudio vitent vitia & fugiant quam maximo: in has vero diſciplinas tanquam portum ſecuriſſimum, pleno ruant velo.

Interſeruimus minutula alia, quæ ad tædium ex gravioribus conceptum ſtudiis eximendum, judicavimus idonea, quibus animi remittendi gratia mecum candide Lector utere, & vale.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

Magnifico ac Generoſo Militi, Domino

CASPARI SCHLICK,

Domino novi caſtri, Cæſareo Cancellario, ac terrarum Ægræ Cubitique Capitaneo, Domino ſuo perpetuo,

Æneas Sylvius Poëta Imperialiſque Secretarius, S. P. D.

MArianus Sozinus Senenſis, conterraneus meus, vir tum mitis ingenii, tum literarum multarum, cujus adhuc ſimilem viſurus ne ſim, hæreo, duos amantes ut ſibi deſcriberem, rogatum me hisdieb. effecit, nec referre dixit, rē veram agerem, an more poëtico fingerem. Scis quod vir ſit. Mirabere ſi tibi hominem expendam, nihil ei præter formam natura invidit. Homuncio eſt: naſci ex mea familia debuit, cui parvorum hominum eſt cognomen: Vir eſt eloquens: Iuris utriuſque conſultus: Hiſtorias omnes novit: Poëticæ peritus eſt: Carmen facit & latinum & Thuſcum:

Philoſophiæ tam gnarus quam Plat[illegible] Geometer quaſi Boetius: in nume[illegible] Macobrio ſimilis: nullum inſtrume[illegible] tum ignorat Muſicum: Agricultur[illegible] quaſi Virgilius novit. Nihil civile[illegible] gnotum viro: dum juveniles adh[illegible] ſtabant in corpore vires, alter ſatell[illegible] erat luctandi magiſter: non curſu, n[illegible] ſaltu, non ceſtu poterat ſuperari. Pr[illegible] cioſiora ſunt interdum parvi corpor[illegible] vaſcula, ut gemmæ lapillique teſtantu[illegible] Nec ab re fuerit illud in hunc referr[illegible] quod de Tydeo ſcribit Statius: Maj[illegible] in exiguo regnabat corpore virtus. D[illegible] formam huic homini & immortalit[illegible] tem ſi dediſſent, is etiam erat Deus[illegible] ſed nemo ſortitus eſt omnia inter mo[illegible] tales. Nullum adhuc novi cui paucior[illegible] quam huic defuerint. Quid? quod mi[illegible] nutiſſima etiam didicit: quaſi alter A[illegible] pelles ſic pingit. Nihil emendatius eſt nihil lucidius, quam quos manuſcri[illegible] pſit codices. Sculpit ut Praxiteles: ne[illegible] medicinæ ignarus eſt: adde virtute[illegible] morales, quæ alios regunt ducuntque[illegible] Novi meis diebus pleroſque ſtudiis li[illegible]

 tera-

terarum deditos, diſciplinis qui admodum abundabant, ſed hi nihil civilitatis habebant: nec rem publicam nec domeſticam regere norant. Stupuit Paglarenſis, & furti villicum accuſavit, qui ſuem fœtam undecim porcellos, aſinam unum duntaxat enixam pullum retulerat. Gomicius Mediolanenſis gravidum ſe putavit, diuque partum veritus eſt, quia ſe uxor aſcendit: hi tamen Juris maximum lumen habiti ſunt. In aliis præterea vel faſtum vel avaritiam invenies: hic perliberalis eſt; plena illi ſemper domus eſt honeſtis hoſpitibus: nulli adverſus eſt: populos tuetur: ægros ſolatur: pauperibus ſubvenit: viduas juvat: nulli indigenti deeſt. Vultus ejus quaſi Socraticus, ſemper eſt idem. In adverſis fortem animum præbet: nulla fortuna inflatur: verſutias non ut exerceat, ſed ut caveat, quaslibet novit. Civibus dilectus eſt, peregrinis amatus. Nulli odioſus eſt, nulli gravis. At homo tantarum virtutum cur nunc rem leviuſculam exigit, non ſcio. Hoc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

ſcio, nihil me illi negare fas eſt. Eu
namque dum Senis eſſem, unice dil
xi:nec diminutus eſt amor,quamvis ſ
paratus ſit. Is quoque dum eſſet cæt
ris naturæ dotibus præditus, tum h
maxime bono pollebat, ut nullius erg
ſe ſterilem eſſe amorem ſineret. Huju
ergo rogatus non cenſui reſpuendo
ſcripſique duorum amantium caſu
nec finxi : res acta Senis eſt,dum Sigi
mundus Imperator illic degeret : t
etiam aderas, & ſi verum his auribu
hauſi, operam amori dediſti. Civita
Veneris eſt. Ajunt,qui te norunt,vehe
menter quod arſeris,quodque nemo t
gallior fuerit:nihil ibi amatorie geſtum
te inſcio putant. Ideo hiſtoriam hanc
ut legas precor, & an vera ſcripſerim
videas, nec reminiſci te pudeat,ſi quid
hujuſmodi nonunquam evenit tibi;ho-
mo enim fueras. Qui nunquam ſenſit
amoris ignem, aut lapis eſt, aut beſtia.
Ille utique vel per Deorum medullas
non lateat igneam favillam. Vale.

PRO-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

PROLOGVS
IN
TRACTATUM
DE DUOBUS AMANTIBUS.

Æneas Sylvius Poëta, Imperialiſque Secretarius, Mariano Sozino utriuſq; Juris interpreti & civi ſuo,

S. P. D.

REm petis haud convenientem ætati meæ; tuæ vero & adverſam & repugnantem. Quid eſt enim quod vel me jam pene quadragenarium ſcribere, vel te quinquagenarium de amore conveniat audire? Iuvenes animos res iſta delectat, & tenera corda depaſcit. Senes autem tam idonei ſunt amorum auditores, quam prudentiæ juvenes. Nec quicquam eſt ſenec-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

tute deformius, quæ Venerem affectat ſir
viribus. Invenies tamen & aliquos ama
tes ſenes: amatum nullum: Nam & ma
trimoniis eſt & puellis deſpectum ſeniun
Nullius amore tenetur mulier, niſi quei
viderit ætate florentem. Si quid aliter au
dis, deceptio ſubeſt. Ego vero cognoſco, a
matorium ſcriptum mihi non convenire
qui jam meridiem prætergreſſus, in ve
ſperam feror. Sed non minus me ſcribere
quam te poſcere dedecet. Ego tibi debe
morigerus eſſe: tu vide quid poſtules
Nam quanto es natu maturior, tanto æ
quius eſt parere amicitiæ legibus: quas ſ
tua juſtitia non veretur mandando infrin-
gere, nec ſtultitia mea tranſgredi timebi
obediendo. Tua in me ſunt tot beneficia, u
nihil negare petitionibus tuis queam, et-
jamſi admixtum ſit aliquid turpitudinis.
Parebo igitur petitioni tuæ jam decies
multiplicatæ: nec amplius negabo, quod
tanto conatu poſtulas. Non tamen ut i-
pſe flagitas, fictor ero: nec poëtæ utemur
tuba, dum licet vera referre. Quis enim
tam nequam eſt, ut mentiri velit, cum ve-
ro ſi poteſt tueri. Quia tu ſæpe amator fu-
iſti,

ſti,nec adhuc igni cares , vis tibi duorum
mantium ut hiſtoriam texam. Nequitia
ſt, quæ te non ſinit eſſe ſenem : Ero mori-
erus cupiditati tuæ, & hanc inguinis agri
anitiem prurire faciam : nec fingam ,
uando tanta eſt copia veri. Quid enim
ſt toto terrarum orbe communius ? quæ
ivitas,quod oppidulum, quæ familia va-
at exemplis? Quis trigeſimum natus an-
num , amoris cauſa nullum peregit faci-
nus? Ego de me facio conjecturam ; quem
amor in mille pericula miſit. Ago ſuperis
gratias , quod ſtructas inſidias millies fu-
gi : fœlicior aſtro Martis,quem Vulcanus
cum Venere jacentem ferreo illaqueavit
reticulo , deridendumque Diis cæteris o-
ſtentavit. Sed alienos potius,quam meos a-
mores attingam,ne dum vetuſti ignis cine-
rem evolvo, ſcintillam adhuc viventẽ re-
periam. Referam autem mirum amorem,
peneq;incredibilẽ,quo duo amantes,ne di-
cam amantes invicem exarſere. Nec ve-
tuſtis aut obliteratis utar exemplis,ſed no-
ſtri temporis ardentes faces exponã. Nec
Trojanos aut Babylonios ,ſed noſtræ urbis
amores audies , quamvis ex amantibus
alter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

alter ſub arctoo natus fuerit cœlo. Forſan & hinc ſugere aliquid utilitatis lic[...]bit. Nam cum puella, quæ in argume[...]tum venit, amatore perdito, inter plora[...]dum mœſtam & indignantem exhalav[...]rit animam: alter vero nunquam p[...] veræ lætitiæ particeps fuerit; commonit[...] quædam juvenibus erit, his ut abſtinea[...] nugis. Audiant igitur adoleſcentulæ, [...] hoc edoctæ caſu videant, ne poſt amor[...] juvenum ſe eant perditum. Inſtruit h[...] hiſtoria juvenes, ne militiæ ſe accingan[...] quæ plus fellis habet quam mellis: ſed [...] miſſa laſcivia, quæ homines reddit inſ[...] nos, virtutis incumbant ſtudiis, quæ poſſeſ[...] ſorem ſui ſola beare poteſt. In amore au[...] tem quot lateant mala, ſi quis aliunde ne[...] ſcit, hinc poterit ſcire. Tu vale, & hiſto[...] riæ, quam me ſcribere cogis, attentus au[...] ditor eſto.

HIST

HISTORIA DE EURIALO ET LUCRETIA, SE AMANTIBVS.

VRbem Senas, unde tibi & mihi origo eſt, intranti Sigiſmundo Cæſari, quot honores impenſi fuerint, jam ubique vulgatum eſt. Palatium illi apud Sacellum S. Marthæ, ſuper vicum, qui ad Tuſchophorum ducit portam ſtructum fuit. Huc poſtquam ceremoniæ peractæ ſunt, cum veniſſet Sigiſmundus, quatuor maritatas obviam habuit, nobilitate, forma, ætate, ornatuque pene pares: non mortales, ſed deas quiſque putavit: Si tres duntaxat fuiſſent, illæ videri poterant, quas referunt Paridem per quietem vidiſſe. Erat Sigiſmundus, licet grandævus, in libidinem pronus, matronarum alloquiis admodum oblectabatur & fœmineis blandimen-

tis

tis gaudebat, nec ſuavius illi quicquam fui[...]
luſtratarum aſpectu mulierum. Vt ergo has [...]
dit, deſiliens equo, inter manus earum ex[...]
ptus eſt, & ad comites verſus: Similesne [...]
fœminas, inquit, vidiſtis? Ego dubius ſum, [...]
facies humanæ ſint: angelici vultus ſunt: c[...]
leſtes certe. Illæ oculos humi dejicientes, [...]
verecundiores fiunt, ſic pulchriores reddu[...]
tur: ſparſo namque inter genas rubore. ta[...]
dabant ore colores, quales Indicum ebur o[...]
violarum, aut quales reddunt alba immix[...]
purpureis roſis lilia. Præcipuo tamen int[...]
eas nitore Lucretia fulſit, adoleſcentula no[...]
dum annos viginti nata in familia Camill[...]
rum, Meneſao prædiviti viro nupta, indign[...]
tamen, cui tantum decus domi ſerviret, ſ[...]
digno, quem uxor deciperet, & ſicut nos dic[...]
mus, cornutum quaſi cervum redderet. St[...]
tura mulieris eminentior reliquis: comæ i[...]
copioſæ & aureis laminis ſimiles, quas nc[...]
more virginum retrorſus miſerat, ſed au[...]
gemmiſque incluſerat: frons alta ſpaciique d[...]
centis, nulla infecta ruga: ſupercilia in arcu[...]
tenſa, pilis paucis nigriſque debito intervall[...]
disjuncta: oculi tanto ſplendore nitentes, u[...]
in Solis modum reſpicientium intuitus hebe[...]
tarent: his illa & occidere, quos voluit, pote[...]
rat, & mortuos cum libuiſſet in vitam reſu[...]
mere: naſus in filum directus roſeas genas æ[...]
quali menſura diſcriminabat: nihil his geni[...]
amabilius, nihilque delectabilius viſu, qua[...]
cum mulier riſit in parvam utrimque dehi[...]
ſcebant foveam: nemo has vidit, qui non cu[...]

pere[...]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

eret oſculari: os parvum decenſque, labia co-
allini coloris ad morſum aptiſſima: dentes
arvuli & in ordinem poſiti ex criſtallo vide-
antur: tremula lingua diſcurrens non ſer-
nonem, ſed harmoniam ſuaviſſimam move-
at. Quid dicam menti ſpeciem aut gulæ can-
orem? nihil illo in corpore non laudabile.
nterioris formæ judicium faciebat exterior:
emo hanc aſpexit, qui viro non invideret. E-
ant inſuper ejus in ore multæ facetiæ: ſermo
s fuit, qualem rumor eſt Grajorum matrem
abuiſſe Corneliam, ſive Orteſii filiam; nec
uavius aliquid ejus oratione, nec modeſtius
uit. Non ut pleræque triſti facie honeſtatem
oſtendebat, ſed alacri vultu modeſtiam: non
imida, non audax, ſed temperatum vere-
cundiæ motum, virilem animum fœmineo in
corde gerebat. Veſtes illi multiplices erant; nō
monilia, non fibulæ, non balthei, non armil-
æ deerant: redimicula capitis mirifica: mul-
i uniones adamantesque tum in digitis, tum
n ſerto fuere. Non Helenam pulchriorem
uiſſe crediderim, quo die Paridem in convi-
vium Menelaus excepit: nec ornatiorem An-
dromachen, cum ſacris Hectoris initiata eſt
nuptiis. Inter has & Katharina Petruſici fuit,
quæ paulo poſt die functa, Cæſarem in fu-
neribus habuit qui & natum ejus militia an-
e ſepulchrum donavit, quamvis infantem.
Hujus quoque mirabile formæ decus eluce-
bat, inferior tamen Lucretiæ erat: omnis de
Lucretia ſermo audiebatur: hanc Cæſar,
hanc cæteri commendabant, intuebantur-
que

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

que quocunque illa vertebatur, eo & ocu
ſequebantur aſtantium: Et ſicut Orpheus
ſono cytharæ ſylvas ac ſaxa ſecum fertur t-
xiſſe, ſic iſta homines ſuo quocunque vi-
bat, intuitu ducebat. Vnus tamen inter o-
mnes plus æquo in illam ferebatur, Euri-
lus, Franco, quem nec amori forma, n
divitiæ reddebant ineptum: duorum & t-
ginta annorum erat, non eminentis ſtatur
ſed lætæ gratæque habitudinis, illuſtribus
culis, magis ad gratiam tumeſcentibus, c-
teris membris non ſine quadam majeſtate d-
coris naturæ correſpondentibus. Reliqui c-
riales propter longinquam militiam omn
auro excuſſi erant; hic quia domi abund-
bat, & propter amicitiam Cæſaris magn
munera recipiebat, indies ornatior conſp-
ctibus hominum reddebatur: longum fam-
lorum ordinem pone ducebat: nunc auro il-
tis, nunc muricis Tyrii ſanguine tinctis, nun
filis, quæ ultimi legunt Seres, textis veſtibu
utebatur: tum equi tales illi erant, quales
fabulis eſt, ad Trojam veniſſe Memnonis. N
hil huic ad excitandum illum blandum an
mi calorem, magnamque mentis vim, quen
vocant amorem præter ocium deerat. Se
vicit juventa, & luxus tam læta fortunæ b-
na, quibus ille nutritur, nec potens Eurialu
ſui, ut Lucretiam vidit, ardere puellam co
pit, hærenſque vultu, nihil ſatis vidiſſe putaba
nec impune dilexit. Mira res: multi egregi
forma juvenes; ſed unum hunc Lucretia; plu
res honeſti corporis mulieres, ſed hanc unam

Eu

urialus ſibi delegit. Non tamen hac ipſa die,
el in ſe flammam Lucretia cognovit Euriali,
el ille Lucretiæ;ſed amare ſe fruſtra uterque
utavit. Vt igitur ceremoniis ſacro Cæſaris
apiti paratis, modus fuit, & illa domum re-
erſa, in Eurialum tota,& in Lucretiam totus
urialus ferebatur. Quis nunc Thisbes & Pi-
ami fabulam demiretur? inter quos notiti-
m primoſque gradus vicinia fecit: & quia
omos habuere contiguas, tempore crevit a-
nor: hi nunquam ſe prius viderant nec fama
ognoverant: hic Franco, illa Hetruſca fuit:
ec linguæ commercium interceſſit; ſed ocu-
s tantum res acta eſt cum alter alteri placuiſ-
et: ſaucia ergo gravi cura Lucretia, & igne
apta cæco jam ſe maritatam obliviſcitur:
irum odit: & alens Venereum vulnus, infi-
os pectore tenet Euriali vultus, nec ullam
nembris ſuis quietem præbet:ſecum (neſcio,
uid obſtat) ait: ut amplius hærere viro ne-
ueo; nil me juvant ejus amplexus;nil oble-
tant oſcula; faſtidium verba ingerunt; pere-
grini ſemper ante oculos eſt imago, qui pro-
bior erat Cæſari. Excute conceptas è caſto
lammas pectore, ſi potes; Infœlix, ſi poſ-
ſem, non eſſem ægra, ut ſum, nova me vis
nvitam trahit: aliud cupido ſuadet, aliud
mens: ſcio quid ſit melius, quod deterius eſt,
ſequor: ô civis egregia ac nobilis, quid tibi
cum peregrino eſt? quid in extraneo ureris?
quid thalamos alieni concupiſcis orbis? Si
virum faſtidis, hæc etiam dare poteſt terra,
quem ames. Sed heu mihi quæ non illius eſt
facies:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

facies: quam non moveat ejus forma? æt, genus, virtus: Certe mea pectora movet, nisi fert opem, deſpero: Dii meliora de. Vah, prodam ego caſtos hymenæos, mec advenæ, neſcio cui, credam, qui ubi abu me fuerit, abeat, virque ſit alterius, & n pone relinquat? Sed non is eſt ejus vult non ea nobilitas animi videtur, nec gra formæ illa eſt, ut timeam fraudes, & amos oblivia noſtri, & dabit ante fidem. Cur tu timeam? accingar, & omnem timorem p lam: ego quoque ita ſum pulchra, ut non m minus ille velit, quam ego ipſum cupian Semper ſe mihi debebit, ſi ſemel ad oſcu receptus fuerit mea. Quot me ambiunt pr ci, quoquo pergo? quot rivales ante for excubant meas? Dabo amori operam; a hic manebit, aut me ſecum abiturus abduc Ergo ego & matrem & virum & patriam r linquam? Sæva eſt mater & meis ſemper i feſta gaudiis: viro carere quam potiri mal patria illic eſt, ubi delectat vivere. At fama perdam: quid mihi rumores hominum, qu ipſa non audiam: nihil audet, qui famæ nim ſtudet: multæ hoc fecerunt aliæ. Rapi v luit Helena, non eam invitam aſportavit P ris. Quid Adrianam referam vel Medeam Nemo errantem arguit, qui cum multis e rat. Sic Lucretia: nec intra pectus mino incendia nutriebat Eurialus. Medias int Cæſaris curiam & domum Lucretia æd habuit, nec Palatium petere Eurialus pot rat, quin illam ex altis ſeſe oſtentantem fe

neſtris haberet in oculis: ſed erubuit ſemper Lucretia, cum Eurialum vidit, quæ res Cæſarem dedit amoris conſcium. Nam cum ex ſua conſuetudine nunc huc, nunc illuc equitaret, & hac ſæpe tranſiret, animadvertit mutari fœminam Euriali adventu, qui ipſi quaſi Octaviano Mecœnas aſtabat; ad quem verſus: En Euriale ſiccine uris fœminas? mulier illa te ardet. Aliquando vero tanquam invideret amanti, ubi ad ædes Lucretiæ ventum eſt, Eurialo oculos pileo contexit: nec videbis, inquit, quod amas, ego hoc ſpectaculo fruar. Tum Eurialus: quid hoc ſigni eſt Cæſar? nihil mihi cum ulla eſt: ſed hoc facere incautum eſt, ne circumſtantes in ſuſpitionem adducas. Erat Eurialo ſpadix equus, arduæ cervicis, argutique capitis, quem & brevis alvus & obeſa terga ſpectabilem reddebant, animoſo pectore, thoris luxuriantem, qui ſonante tuba ſtare loco neſciebat; nutabat auribus, volvebat ſub naribus ignem, denſa juba & dextro jactata recumbebat in armo, & canans tellurem ſolido cornu graviter ſonabat ungula. Similis illi fiebat Eurialo viſo Lucretia, quæ licet, dum ſola fuit, claudere viam deſtinaſſet amori; ut tamen illum aſpexit, nec modum flammæ, nec ſibi ponebat: ſed ut ſiccus ager, qui admiſſo igne comburitur, ſi Cori perflant, altius flammeſcit: ſic infœlix Lucretia exardeſcebat. Ita eſt ſane, ut ſapientibus videtur, humiles tantum caſas inhabitat caſtitas, ſolaque pauperies affectu ſano tenetur, & quæ

domo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

domo ſe cohibet modica, divites ædene-
ſcit pudicitia; quiſquis ſecundis rebus e[illegible]
tat, luxu fluit, ſemperque inſolita appe[illegible]
delicatas eligit domos & penates magno[illegible]
ræ fortunæ comes libido. Intuens igitur[illegible]
rialum quam ſæpe tranſeuntem Lucre[illegible]
nec ardorem compeſcere potens, diu ſec[illegible]
cogitavit, cui ſe patefaceret: nam qui t[illegible]
tus ardet, magis uritur. Erat inter viri ſer[illegible]
Soſias Theutonicus ſenex, heroque fidus [illegible]
jam diu ſerviebat liberaliter, hunc ag[illegible]
ditur amans, plus nationi quam homini [illegible]
dens. Ibat magna procerum ſtipante ca[illegible]
va per urbem Cæſar, jamque domum [illegible]
cretiæ præteribat, quæ ubi adeſſe cogno[illegible]
Eurialum, adeſto, inquit, Soſia, paucis te [illegible]
lo: reſpice deorſum ex feneſtra, ubinam g[illegible]
tium inventus eſt huic ſimilis? Vide, u[illegible]
mnes calamiſtrati ſunt erecti eminenti[illegible]
humeris: aſpice cæſaries & madido t[illegible]
contortos crines: ô quales facies? om[illegible]
lactea colla ferunt: quo ſeſe ore ferunt, qu[illegible]
forti pectore? aliud eſt hoc hominum gen[illegible]
quam terra noſtra producat: ſemen h[illegible]
Deorum eſt, aut cœlo miſſa progenies. C[illegible]
mihi ex his virum foruna dediſſet? niſi teſ[illegible]
oculi eſſent, nunquam tibi hoc narranti c[illegible]
didiſſem, etſi fama fert omnibus gentib[illegible]
præſtare Germanos; credo objeſtam Bore[illegible]
plagam, ex frigore magno albedinem m[illegible]
tuari. Sed noſti tu aliquos quam plurim[illegible]
inquit Soſias: Tum Lucretia, Francone[illegible]
Eurialum? noſco tanquam me, ait Soſias; c[illegible]

t

amen hoc rogas ? Dicam , inquit Lucretia,
rio quod in apertum non ibit, hanc ſpem
nihi tua bonitas facit : Ex his, qui Cæſari a-
ant, nemo mihi eſt Eurialo gratior: in hunc
nimus meus commotus eſt : neſcio quibus
xuror flammis: nec illum obliviſci, nec mi-
i pacem poſſum dare, niſi ei me facio no-
am : perge, oro Soſia, conveni Eurialum, dic
ne ipſum amare ; nil volo ex te amplius, nec
u fruſtra hoc nuncium facies. Quid audio, re-
ert Soſias : hæccine me flagitia facere aut
ogitare ? Hera prodamne ego dominum
neum? Jamque ſenex incipiam fallere, quod
uvenis abhorrui ? quin potius clara proge-
ies hujus urbis exturba nefandas flammas è
aſto pectore, nec obſequere diræ ſpei : Ex-
ngue ignem : non ægre amorem pellit, qui
rimis obſtat inſultibus : qui dulce malum
landiendo nutrit, duri & inolentis domini
ervituti ſe dat : nec cum vult, excutere ju-
um poteſt. Quid ſi hoc reſcierit maritus?
eu quibus te ille laceraret modis : nullus
iu latere poteſt amor. Tace, inquit Lucre-
ia, nihil loci terrori eſt : nihil timet, qui non
imet mori : quemcunque dederit exitum
aſus, feram. Quo miſera pergis? Soſias re-
ulit, domum infamem reddes, ſolaque tui
eneris eris adultera? tutum eſſe facinus re-
is? Mille circa te oculi ſunt : non ſinet ge-
etrix occultum ſcelus, non vir, non cogna-
, non ancillæ : ſervi ut taceant, jumenta lo-
uentur, & canes, & poſtes, & marmora te
ccuſabunt : atque ſicut celes hæc omnia,

qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

qui videt omnia, celare non poteſt Den
quid pœna præſens, conſcientiæ pavor ?
nimus culpa plenus, ſeque ipſum timens n
gata eſt magnis ſceleribus fides: compe
obſecro, impii amoris flammas: expelle
nus mente caſta horridum, metue concub
novos miſcere thalamis mariti. Scio rect
eſſe, quæ dicis, retulit Lucretia, ſed furo
git ſequi pejora: ſcit animus quantum præ
tium inſtet, & ruit ſciens, vincit & regnat fu
potenſque mente tota dominatur amor.
ſequi; quod regnum amoris jubet: nimis
nimis reluctata ſum fruſtra: perfer ſi mi
miſeret nuncium. Ingemuit ſuper his Soſ
perque has dixit, canas ſenectutis meæ
mas, feſſumque curis pectus & fida quæ p
bui generi tuo ſervitia precor ſupplex, f
furorem, teque ipſam adjuva: pars ſanit
eſt velle ſanari. Tum Lucretia, non omn
ait, ingenium reliquit pudor, parebo tibi
ſia: unicum effugium eſt hujus mali, mo
ut præveniam nefas. Exterritus hac So
voce, moderare, inquit, hera mentis eff
næ impetus, coërce animos: tu vita es dig
quæ te nece dignam putas. Decretum
ait Lucretia, mori: admiſſum ſcelus C
latini uxor gladio vindicavit, ego honeſt
morte præveniam committendum: ge
lethi quæro ferro, laqueo, præcipitio,
neno: vindicare caſtitatem licet: unum
rum aggrediar. Non patiar, inquit Soſi
At, Lucretia, ſi quis mori conſtituit, pro
beri non poteſt, & Portia Catonis filia m

t

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

uo Bruto, cum ferrum ſibi ſubtractum eſſet
arbones ardentes ebibit. Si tam protervus,
nquit Soſias, incumbit menti furor tuæ,
itæ potius quam famæ conſulendum eſt:
allax ſæpe fama eſt, quæ malo melior, bo-
o pejor nonnunquam datur: tentemus hunc
urialum, & amori operam demus: meus
rit iſte labor, tibique ni fallior, rem confe-
tam dabo. His dictis incenſum animum in-
ammavit amore, ſpemque dedit dubiæ
nenti: ſed non illi animus erat ut quod di-
erat, eſſet facturus; differre animum fœ-
minæ quærebat, furoremque minuere: ut
æpe tempus extinguit flammas & adimit æ-
ritudinem, exiſtimavit Soſias, ſalſis gau-
iis puellam producere, donec vel Cæſar
biret, vel mens illius mutaretur, ne ſi ne-
aſſet, alius nuncius quæreretur, aut in ſe
nanus mulier injiceret; ſæpe igitur ire at-
ue redire ſe finxit, & illum gaudere amore
uo, & tempus idoneum quærere, quo invi-
em affari poſſent: dixit interdum non fuiſ-
e loquendi oportunitatem: nonnunquam ſe
nitti extra urbem ſtuduit, atque in reditum
audia diſtulit: ſic diebus multis ægrotum
avit animum: & ne per omnia mentiretur,
emel tandem adorſus Eurialum: ô quam
ic dilectus es ait, ſi ſcires: nec illi quid hoc
ſſet, quærenti, ultra reſpondit. At Euria-
us, certe Cupidinis arcu percuſſus, nul-
am membris quietem dabat, igne furtivo po-
ulante venas, qui totas penitus vorabat me-
ullas: non tamen Soſiam novit, nec à Lu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

cretia miſſum putabat, ut omnes n
ſpei habemus quam cupiditatis. Hic u
dere ſe vidit, diu prudentiam ſuam mi
eſt, ſeque multoties increpavit: Eur
quid ſit amoris imperium, noſti: long
ctus, breves riſus: parva gaudia, m
metus: Semper moritur, & nunquam
tuus eſt, qui amat: quid tu his nugis i
iterum? At cum ſe fruſtra niti videret,
tandem, ait, in caſſum miſer amori r
gno? non mihi licebit, quod Iulio lic
quod Alexandro? quod Hannibali? ſed
viros armatos refero? Aſpice poëtas, V
lius per funem tractus ad mediam tu
pependit, dum ſe mulierculæ ſperat utu
amplexibus: excuſet quis poëtam ut la
ris vitæ cultorem: quid de Philoſophis
cemus diſciplinarum magiſtris, & artis
ne vivendi præceptoribus Ariſtotelem
quam equum mulier aſcendit, fræno c
cuit, & calcaribus pupugit. Diis æqua p
ſtas eſt Cæſaris. Non eſt verum, quod
go dicitur.

Non bene conveniunt, nec in una ſede mora
Majeſtas, & Amor.

Quis major eſt amator quam noſter C
ſar? quoties hic amori dedit operam? Her
lem dicunt, qui fuit fortiſſimus & certa d
rum ſoboles, pharetris, & leonis ſpolio p
tis, colum ſuſcepiſſe, paſſumque aptari
gitis Smaragdos, & dare legem rudibus
pillis, & manu, quæ clavam geſtare ſo
bat properante fuſo duxiſſe fila. Natura

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

ſt hæc paſſio: ſentit ignes genus aligerum.

Nam niger à viridi turtur amatur ave:

Et variis albæ junguntur ſæpe columbæ.

verborum memini, quæ ad Pharaonem Siulum ſcribis Sappho. Quid quadrupedes reeram? movet pro conjugio bella jumentum: midi cervi prælia poſcunt, & concepti furois dant ſigna mugientes: uruntur Hyrcanæ ygrides, Vulvicus aper dentes acuit. Pæni uatiunt terga leones. Cum movit amor, rdent inſanæ Ponthibelluæ: nihil immune ſt, nihil amori negatum: amor juvenum feoces concitat flammas, ſenibusque feſſis urſus extinctos revocat calores. Virginum gnoto ferit igne pectus. Quid ego naturæ egibus renitar?

Omnia vincit amor & nos cedamus amori.

Hæc ubi firmata ſunt, Lenam quærit, cui eras ad nuptam ferendas committat: Niſus uic fidus comes erat harum rerum callidus nagiſter: hic provinciam ſuſcipit, mulierculamque conducit, cui literæ committuntur n hanc ſententiam ſcriptæ.

Prima epiſtola Euriali.

SALVTAREM te Lucretia, meis ſcriptis, ſi qua mihi ſalutis copia foret: ſed omnis um ſalus, tum vitæ ſpes meæ ex te depenet. Ego te magis quam me amo: nec te pu- o latere meum ardorem læſi pectoris. Inex tibi eſſe potuit vultus meus, ſæpe lahrymis madidus, & quæ te vidente miſi uſpiria. Fer benigne, te precor, ſi me tibi a-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

perio. Cœpit me decus tuum, vinctum
tenet eximia, qua omnibus præſtas, ve-
ſtatis gratia. Quid eſſet amor antehac
ſcivi, tu me Cupidinis Imperio ſubjeci
pugnavi diu, fateor violentum ut effu
rem dominum: ſed vicit meos conatus ſpl
dor tuus: vicerunt oculorum radii, qui
es Sole potentior: Captivus ſum tuus,
jam mei amplius compos ſum. Tu mihi
ſomni & cibi uſum abſtuliſti: Te dies
ctesque amo: te deſidero: te voco: te ex
cto: de te cogito: te ſpiro: de te me oblect
tuus eſt animus; tecum ſum totus; tu
ſervare potes, ſolaque perdere. Elige
rum alterum, & quid mentis habeas, reſ
be, nec durior erga me verbis eſto, qu
fuiſti oculis, quibus me colligaſti. Non
to rem grandem: ut alloquendi te copi
habeam poſtulo: hoc tantum volunt hæ
teræ, ut quæ nunc ſcribo, dicere poſſim
ram: hoc ſi das, vivo, & fœlix vivo, ſi neg
extinguitur cor meum, quod te magis qua
me amat. Ego me tibi & tuæ commendo
dei. Vale anima mea, & vitæ ſubſidi
meæ.

Has ubi gemma ſignatas accepit Len
feſtino gradu Lucretiam poſcit, eaque ſ
inventa: hanc, inquit, epiſtolam tibi t
Cæſarea nobilior & potentior curia mit
amor, & ut tu ſui miſerearis, magnis pre
bus rogat. Erat Lenocinio notata mulie
nec illud Lucretiam latitabat, permoleſt
que tulit, infamem fœminam ad ſe mitti:

ue in eam verſa , quæ te ſceleſta in hanc omum audacia duxit ? quæ te dementia neam adire potentiam ſuaſit ? Tu nobilium des ingredi ? tu matronas tentare potentes, violare audes legitimas faces ? Vix me ontineo , quin capillos involem tuos : tu nihi des literas, tu me alloquaris? tu me re- picias ? niſi plus , quod me decet , attende- em , quam quod tibi convenit, efficerem odie, ne poſt hac unquam tabellas amato- as ferres : ocyus, te venefica tuaſque literas efer, imo da, ut lacerem, potiusque igni de- am , arripiensque papyrum, in partes diver- as ſcidit , & calcatam ſæpe pedibus atque onſputam in cinerem conjecit : at ſic de te, it, ſumi ſupplicium Lena deberet, igne quam ita dignior : ſed abi ocyus , ne te vir offen- at meus, & quas tibi remiſi , de te poſcat œnas . cavetoque admodum , ne ante con- pectum redeas meum. Timuiſſet alia mu- ier: ſed hæc matronarum noverat mores : & ntra ſe inquit ; nunc vis maxime, quia te olle oſtendis : moxque ad illam , parce ait, omina: putavi me bene facere, tibique com- placitum iri, ſi ſecus eſt, da veniam impruden- iæ meæ , ſi non vis ut redeam , parebo : tu uem deſpicis amatorem , videris : atque his ictis è conſpectu receſſit. Eurialoq; invento: eſpira, inquit , fœlix amator , plus amat mu- ier, quam amatur , ſed nunc non fuit reſcri- endi otium , inveni mœſtam Lucretiam , at bi te nomino tuaſque literas dedo , hilarem ultum fecit, milliesque papyrum baſiavit: ne

dubita: mox reſponſum dabit, & abiens e-
tula, cavit, ne amplius inveniretur, ne
verbis referret verbera. Lucretia vero, p-
quam anus evaſit, fragmenta perquirens
piſtolæ, particulas quaſque ſuo loco repoſit
& lacera verba contexuit; jamque legib
chirographum fecerat; quod poſtquam n
lies legit millies quoque deoſculata eſt, t-
demque involutum ſyndone inter preti
jocalia collocavit: & nunc hoc repetens, nu
illud verbum, majorem in ſingulas horas
bebat amorem, Eurialoque reſcribere
tuit, atque hunc in modum dictatam epiſ-
lam miſit.

Reſcriptum Lucretiæ.

DESINE ſperare, quod aſſequi non li
Euriale: parce nunciis ac literis me
xare, nec me illarum ex grege credito, q
ſe vendunt: non ſum quam putas, nec
ſubmittere Lenam debeas, quæ re aliam in
ſtandam: me nullus amor, niſi pudicus
quatur, cum aliis ut libet, agita: Ex me n
poſtules temere atque indignum. Vale.

Hæc epiſtola quamvis durior viſa eſt Eur-
lo, & contra Lenæ dicta, viam tamen oſte-
dit, ultro citroque literas miſſitandi: nec d-
bitavit Eurialus credere, cui fidem Lucret
præbuiſſet, ſed angebatur, quia ſermonis
talici neſcius erat, ideoque ferventi ſtud
curabat addiſcere: Et quia ſedulum facieb
amor, brevi tempore doctus evaſit, ſolusqu
dictavit epiſtolas, qui prius ab aliis mutu
batur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

atur, quicquid Hetruſco ſermone ſcribi o-
ortuit. Reſpondit ergo Lucretiæ, fruſtra
ccenſum eſſe ſibi, quod infamem ſubmi-
rit fœminam, cum id ſe peregrinum late-
et, qui alio uti nuncio non potuerit. Miſ-
onis amorem fuiſſe cauſam, qui nihil quæ-
eret inhoneſti, credere ſe eſſe ipſam pudi-
am, caſtiſſimamque, atque idcirco majori
ignam amore: inſolentem fœminam, ho-
oriſque ſui prodigam, nedum ſe diligere,
ed maximo odio proſequi: pudicitia nam-
ue amiſſa, nil eſſe quod in fœmina com-
nendetur: Formam eſſe delectabile bonum,
ed fragile atque caducum: & cui niſi pudor
ſſit, nihil pretii detur: quæ pudicitiam for-
næ adjunxerit, eam divinam eſſe mulie-
em: ipſam utraque dote pollentem ſcire, ac
ropterea coli à ſe, qui nil ab ea peteret li-
idinoſum aut offenſurum famæ: optare ſe
antum alloqui, ut animum ſuum, qui ſcri-
tis plene oſtendi nequit, verbis aperiat.
Cumque his literis munera miſit, non ſo-
um materia, ſed opere etiam pretioſo.

Ad hæc Lucretia ſic reſcripſit.

ACCEPI literas tuas, jamque nil amplius
de Lena queror. Quod me amas non
nagnifacio, quia nec primus es, nec ſolus
uem mea forma decepit. Multi & amarunt
k amant me alii, ſed ut illorum, ſic & tuus
rit vacuus labor: habere verba tecum nec
oſſum, nec volo: invenire me ſolam ni fias
irundo, non potes, altæ ſunt domus, & a-

ditus cuſtodia clauſi. Munera tua ſuſce
quia oblectat me opus illorum: ſed ne qu
tuum gratis apud me ſit, neve hoc pignus
deatur amoris, remitto ad te annulum, que
matri meæ vir dedit, ut apud te preciu
quaſi ſit venditorum jocalium, nec en
minoris eſt gemma ejus, quam munus tuu.
Vale.

His Eurialus ſic replicavit.

MAGNO mihi gaudio fuit epiſtola tu
quæ finem querelis fecit de Lena: a-
git me, quod amorem parvipendas meu.
Nam etſi plures te amant, nullorum tam
ignis comparandus eſt meo. At tu hoc n
credis, quia loqui neque tecum, id ſi da-
tur, non me contemneres. O utinam fi
poſſem hirundo: ſed libentius transforma
in pulicem vellem, ne mihi feneſtram cla-
deres. At ego non quod nequeas, ſed qu
nolis, doleo. Nam quid ego niſi animum r
ſpicio? Ah mea Lucretia, quid dixti, te noll
an ſi poſſes, me nolles alloqui? qui tuus ſu
totus; qui nihil cupio magis, quam tibi ger
re morem, quem ſi jubes in ignem ire, c
tius obediam quam præcipias. Mitte, obſ
cro, verbum hoc: ſi non datur facultas, adſ
tamen voluntas: ne me verbis eneca, qu
vitam mihi oculis præbes. Si non placet, m
alloqui petere, quia non ſit impetrandum
obſequar. Sed muta ſententiam illam, qu
meum laborem vacuum dixiſti futurum. Ab
ſit hæc crudelitas, mitior eſto amanti tuo

ſi perges ſic loqui, fies homicida, ne dubita, facilius tu me verbis interimes, quam quivis alius gladio. Deſino jam plura poſcere, ut redames, tamen poſtulo: nihil hic eſt quod objicias, nemo poteſt hoc te prohibere: dic te me amare, & beatus ſum. Munuſcula mea quovis modo apud te ſint, eſt gratum, illa te aliquando mei admonebunt amoris, ſed parva illa fuerunt, & minora ſunt quæ nunc mitto: tu tamen noli ſpernere, quod amator donat: Majora, quæ in dies ex patria mihi debent afferri, cum aderunt, ex me recipies. Annulus tuus nunquam ex digito meo recedet, & illum vice tua crebris oſculis reddam madidum. Vale delicium meum, & mihi, quod potes, ſolatium dato. Sic frequenter, cum replicitum eſſet: in hunc tandem modum Lucretia dedit Epiſtolam.

VEllem tibi Euriale morem gerere, teque, ut petis, amoris mei participem facere; nam id tua nobilitas meretur, & mores tui depoſcunt, vt incaſſum non ames: taceo quantum mihi placeat forma tua, & plena benignitatis facies: ſed mihi non uſui eſt ut diligam. Noſco me ipſam: ſi amare incipiam, nec modum, nec regulam ſervabo: tu diu hic eſſe non potes, nec ego te, poſtquam in ludum venerim, poſſum carere: tu me noles abducere, & ego noluero manere. Monent me multarum exempla, quæ per peregrinos amantes deſertæ ſunt, ne tuum amorē ſequar. Iaſon Medeam decepit, cujus auxilio vigilem

interemit draconem, ut vellus aureum aſp-
taret. Tradendus erat Theſeus in eſcam M-
notauro: ſed Adriano conſilio fretus eva
illam tamen deſertam apud inſulam dimi
Quid Dido infœlix, quæ profugum rece
Æneam, annon illi peregrinus amor inte-
tum dedit? Scio quantum periculi ſit am-
rem extraneum admittere, nec me tan
objiciam diſcriminibus. Vos viri ſolidio
eſtis animi, furoremque magis conpeſciti
fœmina. ubi furere incipit, ſola poetſt mo
aſſequi terminum: non amant, ſed inſaniu
muliers; & niſi correſpondeat amor, nil
amante fœmina terribilius: poſtquam rec-
ptus eſt ignis, nec famam curamus, nec v
tam, unicum remedium eſt, ſi copia ſit am
ti. Nam quo magis caremus, magis cupimu
nec diſcrimen timemus ullum, dum noſtr
libidini ſatisfiat. Mihi ergo nuptæ, nobil
diviti, conſultum eſt amori viam præcl
dere, & tuo præſertim, qui non potes e
diuturnus, ne vel Rhodopeia Phyllis dica
vel altera Sappho. Ideo te oratum volo, n
ultra meum expoſcas amorem, & tuum,
paulatim comprimas extinguaſque: nam i
eſt viris quam fœminis multo facilius. Ne
tu, ſi me, ut dicis, amas, id ex me quærere de
bes, quod mihi exitio ſit. Pro tuis donis r
mitto auream crucem, margaritis ornatam
quæ licet brevis ſit, non tamen pretio care
Vale.

Non tacuit Eurialus his acceptis, ſed u
erat novis ſcriptis incenſus, calamum ſu

epit, atque ſub hac forma dictavit epiſto-
am.

Euriali reſcriptum.

SALVE animæ mi, Lucretia, quæ me tuis
literis ſalvum facis, etſi nonnihil fellis
nmiſceas; ſed hoc ſpero, me audito detra-
es. Venit meas in manus epiſtola tua clauſa,
c tua gemma ſignata, hanc & legi ſæpe &
leoſculatus ſum ſæpius: ſed hæc aliud ſua-
et, quam tuus videtur animus fuiſſe. Rogas
ne, ut amare deſinam, quia non expedit tibi
eregrini flammas amoris ſequi: & ponis e-
empla deceptarum: & hoc tam ornate cul-
eque ſcribis, ut mirari magis & amare tuum
ngenium debeam, quam obliviſci. Quis ille
ſt, qui tunc amare deſinat, quando pruden-
iorem & ſapientiorem animadvertit ami-
am? Si meum minuere volebas amorem,
on oportuit doctrinam tuam oſtendere.
Nam hoc non eſt incenſum extinguere, ſed
gnem maximum ex parva conflare favilla.
go dum legi, magis exarſi, videns formæ
uæ præclaræ, & honeſtati, conjunctam eſſe
loctrinam. Verba ſunt tamen, quibus rogas,
t amare deſiſtam: roga montes, ut in pla-
um deveniant, utque fontes ſua repetant
lumina; tam poſſem te non amare, quam
uum relinquere Phœbus curſum. Si poſſunt
arere nivibus Scythiæ montes, aut maria
iſcibus, & feris ſylvæ, poterit & obliviſci
urialus tui. Non eſt pronum viris, ut reris
Lucretia, flammas extinguere; nam quod

tu noſtro ſexui aſcribis, plerique veſtro a-
gnant. Sed nolo hoc certamen nunc ingre
ad ea me reſpondere oportet, quæ in adv-
ſum retuliſti. Idcirco enim nolle te mihi c-
reſpondere amanti ſignificas, quoniam m-
tas peregrinus amor decepit: exemplaque p-
nis. Sed poſſem ego quoque plures refer
quos fœminæ reliquerunt. Troilum, ſicut a-
ſti, Priami filium, Chryſeis decepit, Dep-
bum Helena prodidit. Amatores Circe ſu
medicamentis vertebat in ſues, atque aliar
terga ferarum. Sed iniquum eſt ex pauca
conſuetudine totum vulgus cenſere, nan
ſic peregrinos, ut tu propter duos tresve m-
los, aut etiam decem viros omnes accuſa
horrebiſque, & propter totidem fœminas c-
teræ omnes erunt odio mihi. Quin potius
lia ſumamus exempla. Qualis amor Anto
Cleopatræque fuit, & aliorum, quos epiſto
brevitas referre non ſinit? Si tu Ovidium
giſti, inveniſti poſt Trojam dirutam Achiv
rum plurimos, dum remeant, peregrinis
ventos amoribus nunquam in patriam reve
tiſſe: hæſerunt namque amatricibus ſuis, c
tereq; potius neceſſariis domi regnis, & ali
quæ ſunt in patria cuique gratiſſima vol
erunt, quam amicas relinquere; hæc te rog
mea Lucretia, cogites, non illa, quæ noſt
ſint amori adverſa & quę pauci fecerunt. Eg
eamente teſequor, ut perpetuo te amem, ſi
que perpetuo tuus. Nec tu me peregrinu
dixeris, magis namq; civis ſum, quam qui h
naſcitur; nam illum caſus facit civem, me v

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

electio. Nulla mihi patria erit, niſi ubi tu
s. Et quamvis contingat me aliquando hinc
bire, reditus tamen feſtinus erit. Nec ego in
heutoniam revertar, niſi res meas compoſi-
urus ordinaturuſque, ut tecum eſſe quamdiu
oſſim. Facile manendi apud te reperietur
ccaſio: multa in his partibus negotia Cæſaris
unt, hæc mihi committi expedienda curabo:
unc legatione fungar, nunc aliud munus e-
ercebo: Vicarium in Hetruria Cæſarem ha-
ere oportet, hanc ego provinciam impetrabo,
e dubita ſuavium meum Lucretia, meum cor,
es mea. Si vivere abſque corde poſſum, &
e relinquere poſſum. Age jam tandem miſe-
ere amantis tui, qui tanquam ad ſolem nix
liqueſcit. Conſidera meos labores, & mo-
um jam diu meis martyriis ſtatue. Quid me
am diu crucias? Miror ego, quî tot perpeti
ormenta potuerim; qui tot noctes inſomnes
uxi: qui tot jejunia toleravi. Vide quam ma-
er ſum, quam pallidus ſum: parva res eſt,
uæ ſpiritum corpori alligatum detinet. Si
bi aut parentes aut filios occidiſſem non po-
eras de me majus quam hoc ſupplicium ſu-
ere. Si ſic me punis, quia te amo, quid il-
facies, qui tibi damnum dederit aut malum.
h mea Lucretia, mea hera, mea ſalus, meum
efrigerium, ſuſcipe me in gratiam: denum
eſcribe me tibi charum eſſe: nihil aliud volo:
iceat mihi dicere, ſervus Lucretiæ ſum: &
eges & Cæſares amant ſervos, ubi fideles
orunt: Nec Dii dedignantur redamare, qui
mant. Vale ſpes mea.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

Vt turri, quæ fracta interius, inexpug-
bilis videtur exterius, ſi admotus aries fe-
rit, mox confringitur: ita Euriali verbis Lu-
cretia victa eſt. Poſtquam enim ſedulitatem
amantis aperte cognovit, & ipſa diſſimula-
tum patefecit amorem, atque his literis Eu-
rialo ſe aperuit.

Conſenſio in mutuum amorem.

NON poſſum tibi ultra adverſari, nec
amplius Euriale mei amoris expertem
habere. Viciſti: jamque ſum tua. Me mi-
ram, quæ tuas ſuſcepi literas, nimium mi-
tis exponenda ſum periculis, niſi me tua
des & prudentia juvet: Vide, ut ſerves, qu
ſcripſiſti: In amorem jam tuum venio: ſi
deſeris, & crudelis & proditor & omni
peſſimus es. Facile eſt fœmellam decipe
ſed quanto facilius, tanto turpius. Adh
res integra eſt, ſi putas me deſerendam, di
to, antequam magis amor ardeat, nec in
piamus, quod poſtmodum incepiſſe pœ
teat. Omnium rerum inſpiciendus eſt fin
Ego ut fœminarum eſt, parum video: tu
es, te mei & tui curam habere oportet. I
me jam tibi, tuamque proſequor fidem, r
tua eſſe incipio, niſi ut ſim perpetua tua. V
le meum præſidium; meæque ductor
tæ.

Poſt plures epiſtolæ miſſæ utrinque ſu
nec tam ardenter Eurialus ſcripſit, qua
ferventer Lucretia reſpondit. Vnum jam
triuſque deſiderium erat ſimul convenie

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

, ſed arduum ac pene impoſſibile videba-
ur, omnium oculis Lucretiam obſervanti-
us, quæ nec ſola unquam egrediebatur,
ec unquam cuſtode carebat. Nec tam di-
genter bovem Junonis Argus cuſtodivit,
uam Menelaus juſſerat obſervari Lucre-
am. Vitium hoc apud Italos late patet,
eminam ſuam quaſi theſaurum quiſque oc-
ulit & concludit, meo judicio minus utili-
r. Sunt enim fere hujuſmodi mulieres o-
nes, ut id potiſſime cupiant, quod maxi-
e denegatur: quæ ubi velis, nolunt; ubi
olis, cupiunt ultro: hæ ſi liberas habent ha-
enas, minus delinquunt. Exinde tam fa-
le eſt invitam cuſtodire mulierem, quam
ferventi Sole pulicum gregem obſervaſſe.
Iiſi ſuapte ſponte caſta ſit mulier, fruſtra
aritus nititur ponere ſeram, & cohibere.
ed quis cuſtodiat iſtos cuſtodes: Cauta eſt,
ab illis incipit uxor. Indomitum eſt ani-
al mulier, nulliſque frænis retinendum. E-
at Lucretiæ ſpurius frater, huic tabellas
ommiſerat Eurialo deferendas, hunc enim
ui amoris conſcium fecerat: cum hoc igitur
onvenitur, Eurialum ut clam domi ſuſci-
iat. Habitabat hic apud novercam ſuam Lu-
retiæ matrem, quam Lucretia ſæpe viſita-
at, & ab ea ſæpius viſitabatur, nec enim ma-
no intervallo diſtabat. Ordo ergo his erat
t clauſo in conclavi Eurialo, poſtquam ma-
er eccleſiaſticas aditura ceremonias exiviſ-
et, Lucretia ſuperveniret, tanquam matrem
omi conventura, qua non inventa reditum
expe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

expectaret, interim vero apud Eurialu e
ſet. Poſt biduum ſtaturus erat terminus:
dies tanquam anni viſi ſunt amantibus lo
ut bene ſperantibus horæ productæ, ma
mentibus correptæ. Sed non arriſit am
um deſideriis fortuna: præſenſit namqu
ſidias mater, ac ut dies venit, egreſſa d
privignum excluſit, qui mox Eurialo
nuncium tulit, cui non minus quam Lu
tiæ fuit moleſtum, quæ poſtquam dete
agnovit dolos: hac non ſucceſſit, inquit,
aggrediamur via: nec potens erit mater
obſiſtere voluptatibus.

Pandalus viro affinis erat, quem jam
cretia fecerat arcanorum conſcium, nec e
poterat ignitus animus quieſcere: ſigni
igitur Eurialo, hunc ut alloquatur, qui
dus ſit, & conveniendi viam poſſit mon
re: at Eurialo non videbatur tutum ill
credere, quem Menelao ſemper hæren
intuebatur, & ſubeſſe fallaciam verebatur:
ter deliberandum autem juſſus eſt Euria
Romam petere, atque cum Pontifice m
mo de coronatione tranſigere, quæ res t
ſibi, tum amicæ moleſtiſſima fuit, ſed opor
bat Cæſaris imperium ferre. Itur ergo: m
duorum menſium fit; Lucretiam interim
mi manere, feneſtras claudere, mœſtas in
ere veſtes, nunquam exire. Mirati omn
nec cauſam noſcere. Tanquam Sol defeciſ
cuncti ſe putabant in tenebris agere dom
ſtici, qui eam ſæpe incubantem lectulo
nunquam lætam videbant ægritudini im
taba

bant, & quicquid remediorum afferre pote-
nt, perquirebant : ſed nunquam illa vel ri-
t, vel thalamo exire voluit niſi poſtquam
dire Eurialum, & illi Cæſarem obviam eſſe
gnovit: tunc quaſi ægra ſomno excitata, lu-
ibri veſte poſita, & ornamentis redimita
ioribus, feneſtras aperuit, lætabundaque
um expectavit, quæ ut Cæſar vidit, non
ga amplius, inquit, Euriale; detecta res eſt:
mo Lucretiam te abſente videre potuit,
unc quia rediiſti, auroram cernimus : quis
odus aſſit amori ? tegi nunc non poteſt a-
ris: ſed ut ab ebrietate deterreant. Cog
quas clades ediderit publica ebrietas: hęc g
tes bellicoſas hoſtibus tradidit; hæc contu
ciſſimos & jugum recuſantes, in alienum
degit arbitrium: hæc invictos acie, mero
muit. Sic Syracuſæ in manum Marcelli dit
nemque Romanorum pervenerunt: ſic M
ſagetæ à Perſis profligantur, & vino merſi
piuntur. Quod igitur Iudices, vitium fœdi
probroſius & deterius eſſe poteſt quam ebr
tas? qua ſanitas mentis concutitur: Valetu
corporis profligatur; patrimonia atterunt
fama pulſatur: quam rixę, cædes, infanda fa
nora, nec non urbium excidia ſubſequunt
Stoicorum dogma, quo callide magis qua
vere traditur ἴσα τὰ ἁμαρτήματα εἶναι: id e
peccata paria eſſe, quotidie refellit vita: ſenſ

co

mmunis impugnat: vitia noſtra redarguunt, e haud dubie imparia, & aliud alio majus , nemo non cernit: hoc etiam cæcis li- t, ebrietatis labem tanto, quam ſcortatus leæ eſſe fœdiorem, quanto plura precio- aque ſunt illa quę per temulentiam amit- us, quam quæ per aleam ſcortationemque perdimus. Verum audi frater, quo rem de- ramus: ſint cætera omnia inter hos paria, ſi ita mavis, ſint in nobis duobus flagitio- ra: ſit fornicatio, ſit alea vitioſitas fœdior, am temulentia: ſit tua melior quam no- conditio, vincas tu ex reliquis partibus: um tamen nobis concedas velis nolis, ne- ſe eſt: mentem ebrioſi concuti: ingenium nubilari: ſenſus omnes fieri lapſabundos, & minem exire ex hominis poteſtate: quo ncesſo victores ſumus, cum huic vel ſoli io par ſit nihil, & nihil ſecundum. Finge, cogita, commiſcere quod libet, nunquam men impetrabis, quin nobis conſtet mens animus, quem in te ebrietas concutit atque mentat. Dementia autem mentis & inſani- e animi gliſcente homo hominis nomen a- ttit, & nihil fere differt à brutis animanti- s, ex quo fit omnium deterrimus fœdiſſi- uſque. Quod autem frater vinum præconio dis extulit, & ex ſententia Aſclepiadis vix orum potentia æquari poſſe pronuntiavit, lſellis pugnat non gladio: quum neque s inviti Judices bibamus, neque vinum lpemus: ſed vinolentiam. Scimus, duos ſe liquores corporibus humanis gratiſſi-

mos,

mos, intus vini, foris olei: ſcimus, nihil vir[illegible] corporis eſſe utilius vino, ſi modus ac[illegible] ſcimus, vino ſtomachum recreari, appe[illegible] tiam ciborum invitari, triſtitiæ curam h[illegible] tari, algorem expelli, ſomnum conciliari [illegible] ſi modice vel potius intra modum hauria[illegible] fuit ergo ſupervacanea illa in vini laudis [illegible] curſio, quod nullus infamat. Verum enim[illegible] ro ebrietas, de qua agitur, ebrius qui cul[illegible] tur, qua excuſatione excuſabilis fieri pot[illegible] qua defenſione defendi? an auctoriate Pla[illegible] nis te ipſum tutabere? quem veluti temu[illegible] tiæ ſuaſorem ac magiſtrum citaſti falſo: [illegible] to enim, bone frater, lege Platonica ebri[illegible] tem iſtam turpiſſimam, quæ labefactar[illegible] imminuere hominum mentes ſolet, cu[illegible] reatum hodie tu ſuſtines, minime laudari: [illegible] liberaliorem paulo jucundioremque vini [illegible] vitationem quæ fieret ſub quibuſdam qu[illegible] magiſtris conviviorum ſobriis, non impro[illegible] ri: imo, ut ſcias decreta Platonica non at[illegible] ſtare, ſed à nobis intellige quantopere ab i[illegible] culpetur ebrietas. Decernit divinus philo[illegible] phus pueris merum aquæ potum, vinoco[illegible] interdicto vetat ignem igne incitari. Id[illegible] jubet ſponſum & ſponſam dare operam li[illegible] ris, & abſtemios eſſe, ut conceptus fiat ſolic[illegible] & quietus: quum ebrii tanquam mente cap[illegible] ad generationem ſint inutiles, quippe cu[illegible] veroſimile ſit ex temulentis fœtus tam me[illegible] bris, quam motibus tortuoſos progenera[illegible] Quod Herculem bibacem: Alexandrum t[illegible] mulentum: Catonem vino hilarari ſolitum[illegible]

neq[illegible]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

que illorum imitatorem eſſe gloriabundus
morasti : Dic quæſo ô frater,placentne ti-
anti viri pro archetypo & exemplari,quod
uaris ? Agedum imitare illos totos , & ſi-
i vitii affectator videri vis,ſic imitator eſto
tutum: perge per illorum cuncta veſtigia;
inge nobis ac redde monſtrorum profliga-
ne Herculem : rerum magnitudine Al-
andrum : morum ſanctitudine Catonem :
ac in te tam ignoſcibilis erit ebrietas,quam
t in illis : tunc nemo tibi negotium faceſ-
: tunc nobiſcum tibi nulla erit controver-
de paterna hæreditate ; Cedemus ultro
nis : eris tu extra omnem judicii aleam
queſtratus. Nos duo inter nos diſceptabi-
us, uter ex nobis ſit exhæres pronuncian-
is , te in tuto , te in vado ſalutis collocato.
d quæ eſt iſta perverſitas , improbitas , ini-
itas ? vel magnis heroibus vitioſitate eſſe
nſimilem , virtutibus vero longe diſſimi-
m ? velle ſequi fugienda, fugere ſequenda ?
lle mala imitari , bona non aſpicere ? Pla-
t tibi in Catone ebrietas ? placeat & gravi-
s,frugalitas, integritas, doctrina,mores,cæ-
ræque virtutes omnes quarum dictus eſt
orma , auctor , exempla. Scito tamen ma-
nos illos viros non vino ingenium mentem-
ue ut tu quotidianis ebrietatibus,ingurgitaſ-
, nec enim in pectoribus magnis ullum eſſe
oteſt honeſtorum turpiumque conſortium,
d pro fermento laborum, quos dies noctes-
ue exantlabant , ſeſe interdum largioribus
oculis incitaſſe, quorum lebecula virtutibus
obum-

obumbratur; Ad quos quum tu nulla ex p
laudabili aſpires, deſine illorum exemplis
probra fulcire, quorum virtutes non aſſeq
ris. Deſine illos jactare, qui abs te in ho
dicio nominati, faciunt cauſam tuam tur
rem, fœdiorem, deteriorem, quam ſi nuſq
nominaſſes. Demiramur, ô frater, te in
nominatione ſilenter præteriiſſe Tiber
Cæſarem, cujus utpote maximi Romano
Imperatoris exemplo, cauſa tua roborari
tuiſſet; qui propter nimiam vini aviditat
pro Tiberio Claudio Nerone Biberius Cl
dius Mero vocatur, qui Piſonem urbis Ro
præfectum fecit, quod biduo continuo d
bus noctibus per potationem apud ſeipſ
continuaſſet. Atqui exempla vitioſorũ qua
vis illuſtria, magis officiunt vinolentiæ r
quam patrocinantur. Quod ſi Judices, in
tiis defendendis atque excuſandis val
auctoritas principum, nos quoque maxi
Imperatores excuſant. Namque memo
proditum eſt Cæſarem Auguſtum, qui viv
habitus eſt divus, quo nihil majus, meliuſ
terris; fuiſſe aleæ cupidiſſimum: & diebus
ſtivis profeſtiſque Claudium quoque Impe
torem de arte aleæ librum compoſuiſſe: c
jus ſtudioſiſſimus adeo fuit, ut ſolitus ſit
jam in geſtatorio ludere. Meretricarios ve
extitiſſe tam multos ut Salomon, quo nil ſ
pientius, greges concubinarum prope inn
merabilium habuiſſe prodatur: ut Cæſare
dictatorem, omnium mulierum virum dict
verint. Sed nobis vitia noſtra diluere exem
pl

principalibus non eſt in animo, nec libet
defenſione, quæ haud dubie potentiſſima
uti: dicamus nihil eſſe in rerum natura
necesſarium, tamque expetibile quam
nereum concubitum: quo in terris ſublato,
cta animantium genera citiſſime deficiunt,
ue intermoriantur neceſſe eſt. Excedat a-
um, ut Senecæ verbis utar, rebus humanis
hus: orbis jacebit ſqualido turpis ſitu. Tol-
ex commercio mortalium meretricias a-
tiones, cuncta videbis miſceri, perturba-
ue libidinibus inceſtis. Non juvat in judcicio
am vobis, Judices, allegare, aleam illiciem
vitæ voluptuariæ, atque animorum ob-
amentum, qua ocioſi mortales æſtivorum
rum æſtus torrentiſſimos fallunt: qua à ci-
à menſa ſalubriter utuntur, cum id horæ,
præcepto maximorum Medicorum, om-
animi corporiſque agitatio ſit inutilis: Sed
bis nihil proſint hæc adminicula Judices,
cauſam noſtram roborandam, imo ſimpli-
r & ingenue profitemur nos eſſe crimi-
ſos, nos vitioſos: ſed criminoſiorem, ſed vi-
ſiorem eſſe fratrem indubitanter aſſeri-
s. Idque videmur argumentis ſatis proba-
bus hactenus demonſtraſſe. Verum ut vo-
Judices hoc magis liqueat, ut fœditas tan-
itii fiat manifeſtior, denique ut ſcrupulus
llus mentibus veſtris inhæreat, quin vino-
tum fornicario & luſore fœdiorem vitio-
remque judicetis, libet hoc potiſſimum in
o rhetoricari. Et quoniam adverſarius
exempla, ſententiaſque nobilium ſcri-
ptorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

ptorum expatiatus eſt, nos quoque ex enti-
nos dictis philoſophorum, oratorum eccl[illegible]-
ſticorum perſpicue explicabimus, ebrieta[illegible]
fuiſſe ſemper apud priſcos deteſtabilem, [illegible]
ſciſſamque convitiis, ab optimis quibu[illegible]
perinde ac inſigniter pernitioſam. Erunt[illegible]
non injucunda cognitu, nec inutilia re[illegible]
nec eruditis auribus aſpernenda: vos m[illegible]
ut attente præterita audiviſtis, ita attent[illegible]
lubentibus animis reliqua auditote: Lace[illegible]-
monii illi frugaliſſimi, & Lycurgi legibus [illegible]
ne inſtituti, cum ab ebrietate perinde a[illegible]
fœdiſſima juventutem abducere velle[illegible]
hunc morem obſervabant, ut in feſtivi[illegible]
ſervos qui Ilotæ vocantur, largo mero in[illegible]-
gitatos in convivia juvenum deduci jube[illegible]
ut illi ſpectantes ebriorum turpitudine[illegible]
brietatem veluti rem fœdam ac deform[illegible]
perhorreſcerent. Plato, Ariſtoteles, Euſeb[illegible]
& maximus Medicorum Galenus dilaud[illegible]
legem Carthaginenſium, qua dum milit[illegible]
& caſtrenſibus rebus incumbunt, vinum [illegible]-
lus guſtare permittitur, ſed omnes toto m[illegible]-
tiæ tempore aquam bibunt, tanquam v[illegible]
adferendum laborem homines remolleſca[illegible]
Cæſar auctor eſt Suevos Germaniæ popu[illegible]
vinum ad ſe omnino importari non ſine[illegible]
quod ea re ſubnervari corpora arbitrant[illegible]
Cheremon ſtoicus narrat, priſcos Ægypti[illegible]-
cerdotes & carnibus & vino ſemper abſtin[illegible]
ſe, ex eo tempore quo cœpiſſent divino [illegible]
tui operari, ut ſenſus tenuitate forent ve[illegible]-
tiores. Joſephus, Philo, Euſebius, Hiero[illegible]

..s prodiderunt, Eſſæos in Judæa abſte-
..os fuiſſe & invinios, quotidianumque je-
..ium vertiſſe in naturam: Apud Romanos
..ue omni Latio fœminæ ætatem abſtemi-
.. egiſſe, hoc eſt, vino abſtinuiſſe, memoran-
.., quæ ſi ulla inventa eſſet vinum bibens,
..orte mulctabatur, ut auctor eſt Dionyſius
.. libris antiquitatum. Ex noſtris quoque
..eberrimi ſcriptores ſcripſere, uxorem E-
..atii quæ vinum bibiſſet è dolio, interfe-
..m fuiſſe à marito, eumque cædis à Romu-
..abſolutum. Fabius pictor in annalibus ſuis
..didit, matronam, quæ loculos, in quibus
..ant claves vinariæ cellæ, reſignaviſſet, à
..s inedia mori coactam. Cneius Domitius
..dex mulierem dote mulctavit, quod vinum
..biſſet viro inſciente. Ob hoc propinqui; ut
..quit, Marcus Cato, & repetit Tertullianus
.. Apologetico, oſculum fœminis dare ſoliti
..ant, ut ſpiritu indicaretur, an vinum ole-
..nt. Et medius fidius uſu vini immodico
..ua virtutibus clauditur, vitiis aperitur. Ap-
..llonius Tyaneus, quo nil ſanctius, nil divi-
..us inter homines, fuit hytropota, hoc eſt, a-
..æ potor, vinum tanquam ingenii peſtem
..formidans. Divus Hieronymus præcipit
..rgini Chriſtianæ vinum tanquam venenum
..ſe fugiendum. Idem clericis vino prope in-
..rdicit: qui ſcribens ad Nepotianum nun-
..uam (inquit) vinum redolens, ne audias il-
..d Philoſophi: hoc non eſt oſculum porri-
..ere, ſed vinum propinare. Marcus Tullius
..ter plæraque alia probroſa, quæ Piſoni obje-
ctat,

ctat, id quoque maximo probro dat, quo[illegible] nolentus ore fœtido teterrimam popinam[illegible] halaſſet. Quid multa? Deus in Levitic[illegible] Aaron Archierea, hoc eſt, pontificem, vi[illegible] (inquit) & omne, quod inebriare poteſt, [illegible] biberis tu & filii tui, quando intrabitis ta[illegible] naculum teſtimonii, ne moriamini. Q[illegible] etiam Dei conſectaneus, electionis vas[illegible] ſcripturarum ſanctarum armarium Apo[illegible] lus Paulus, vinolentiam damnans, in epiſt[illegible] ad Timotheum præcipit, Epiſcopum ſobri[illegible] eſſe debere minimeque vinolentum. Hin[illegible] decretis canonicis eſt illud memoratiſſimu[illegible] Vinolentum ſacerdotem, & Apoſtolus da[illegible] nat, & vetus Lex prohibet. Sacerdotes, [illegible] miniſtrant, in templo Dei prohibentur [illegible] num bibere & ſiceram, ne crapula & ebrie[illegible] te corda eorum prægraventur. Sicera aut[illegible] Hebræo ſermone omnis potio nuncupat[illegible] qua quis inebriari poteſt: quicquid inebri[illegible] ſtatum mentis evertit. Ante diluvium ho[illegible] nes erant ſicci, ſobrii, introducto nullo v[illegible] uſu, nulla cultura vinearum: Poſt diluviu[illegible] ut ſacris literis proditum, primus Noë pla[illegible] tavit vineam, bibenſque vinum, illico in[illegible] briatus eſt; Itaque nec vinum ſuo pepercit a[illegible] ctori. In pentateucho quoque legimus eb[illegible] etatem inceſti cauſam fuiſſe. Cum patre[illegible] Loth filiæ inebriaſſent, moxque ex ebriet[illegible] te, ad inceſtum concubitum infandumq[illegible] illexiſſent. Ex illo tempore mortales vini fe[illegible] vor: ex fervore ebrietas? ex ebrietate inver[illegible] cundia: inceſtum furor invaſit. Tunc tem[illegible]

lent[illegible]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

[..]tia variis moribus mentes hominum con[..]ere cœpit, ita ut alii fierent rixoſi & fu[..]tes: alii jocoſi & loquaces: alii ſomno[..]ti: alii lachrymabundi. Etenim vinum [..]dem vim habebat, quam bilis atra, va[..]m ſcilicet & multiformem, ſuper qua [..]nobile eſt problema nobiliſſimi philoſo[..]rum Ariſtotelis: unde videtur Horati[..] Flaccus illud mutuatus. O nata mecum [..]ſule Manlio: ſeu tu querelas, ſive ge[..] jocos, ſeu rixas: & inſanos amores: ſeu [..]lem pia teſta ſomnum. Dionyſius, qui [..]go Bacchus, quem Ethnici ſcriptores vi[..] repertorem perhibent, cornutus figu[..]ur: non tam quod boves cornigeros jugo [..]ulaverit, ut Diodorus credidit, quam [..]d ex vini fervore temulenti ad temerita[..]n procliviter erigantur: fiantque impe[..]ſi & quaſi cornupetæ: Tunc pauper ſu[..] cornua: tunc humilitatis oblitus, eri[..]ur in tumorem. Quod vero Bacchum [..]er Deos relatum, & vindemiatorem in[..] ſydera collocatum, jactanticulus fra[..] glorioſa prædicatione narravit, nihil ſa[..]id ad cauſam ipſius fulciendam proficit. [..]t ſi commenta poëtica pro argumentis [..]ent, valeat illud, quod Venus noſtra [..]riſſimum ſibi in cœlo ſydus vendicavit: [..]od Venus inter cœlicolas dominatur: [..]us natura cuncta generantur in terris, [..]am in almam, quam divum hominum[..]e voluptatem celeberrimi conditores ap[..]lant. Ad hæc Anacharſis ille, qui a-

 pud

pud ſocordiſſimos Scythas ſapiens natus e,
prodidit vitem uvas tres ferre; primam vo-
luptatis: ſecundam ebrietatis: tertiam c
tumeliarum. Æſopus fabulator conſimile
quiddam dixiſſe traditur. Celebre eſt il
ſapientis viri, ſive is Æſopus, ſive A
charſis, ſive alius quiſpiam fuerit, dictu
ſuper menſam prima (inquit) cratera
ſitim pertinet: Secunda ad hilaritatem
Tertia ad voluptatem: Quarta ad in
niam: ſi quartum potores poculum red
inſanos? quid quater quaterna? quid qua
dena pocula efficient? Nonne ſupra o
nem furorem, ſupra omnem inſaniam r
dent inſaniſſimos? Atqui conſtat vinol
tos homines, quanto plus biberint, tan
plus ſitire, & ex bibendi conſuetudine, a
geri aviditatem, ut merito hoc genus ho
nes ad perdenda vina geniti eſſe videant
Nevellius Mediolanenſis tribus congiis ep
tis uno impetu, tricongius cognomin
non erubuit, gloriam ſcil. ex vitio fœdi
mo captans. Et cum omne vitium tanto c
minoſius ſit, quanto major eſt ille, qui p
cat: qua nota, quo probro vellicandus p
ſcindendusque eſt Bonoſus Romanus I
perator, quam miramur à fratre præte
tum eſſe in mentione vinolentorum, qui
bit quantum hominum nemo. De quo A
relianus dicere ſolebat, non ut vivat, n
tus eſt, ſed ut bibat: qui quantum biben
turpiter ingeſſerat, tantum mejendo tu
pius egerebat: qui ſuperatus à Probo, cu
vita

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

itam laqueo finiens ſe penſilem feciſſet, ocus intonuit; Amphoram pendere, non ominem. Proclamat Salomon: luxurio- a res vinum, & tumultuoſa ebrietas: qui- unque his delectatur, non erit ſapiens. I- em interdicit ne ſimus in convivio pota- orum. Subriſimus paulo ante Iudices, au- ientes fratrem incontinentes atque intem- erantes appellantem eos, qui aphrodiſia olunt indulgentque rebus veneries: citan- emque Ariſtotelis teſtimonium ex Proble- natis; tanquam Ariſtoteles ſolos ἀκολάσ- ους καὶ ἀκρατεῖς id eſt, intemperantes&incon- inentes homines Venereos mulierarioſque ppelandos eſſe cenſeat. Agedum recita uæſo, bone frater, totum Ariſtotelicum roblema, videbis te quoque eodem loco abendum, eadem ſuggillatione notandum, ſdem vocabulis nominandum. Etenim ut es tota Judices colliqueſcat, ſcribit inclitiſ- imus philoſophorum, quin; eſſe homi- ium ſenſus, per quos voluptas quæratur, mnemque ex his immodicam voluptatem, urpem atq; improbam exiſtimari: Sed e- iim (inquit) quæ nimia ex guſtu & tactu ſt, ea voluptas omnium rerum fœdiſſima ſt, eoſque maxime, qui duabus iſtis bel- uinis voluptatibus ſe dediderunt, inconti- ientes appellare ſolemus, tanquam in pecu- lum ferarumque animalium numero habea- ur quiſquis eſt his ferinis voluptatibus de- inctus: Cum cæteræ ex tribus aliis ſenſibus rovenientes, hominum eſſe tantum pro-

priȩ videantur. Hæc ſunt Ariſtotelica; hæc e
promptuario philoſophico deprompta : i
non minus voluptas guſtus , qua haud dub
potus quoque continetur, quam voluptas
ctus concubitusque taxatur. Quod autem
diculum ſit, id alteri opprobrare , quod in
ſtatim retorqueri poſſit ; nullus ignorat. V
rum antequam digrediamur ab hujuſce f
diſſimæ vitioſitatis inſectatione , ſubjiciem
opera ebrietatis, utentes non noſtris verbi
ſed Plinianis, quæ in ore, in pectore omniu
habenda ſunt, dignaque quæ ubique, non
tantum memorentur, ad caſtigandam ha
inexplicabilem bibendi aviditatem. Audi
ergo Plinium in temulentiæ vitia ſic perora
tem. Tunc avidi Matronam oculi licentu
tunc animi ſecreta proferuntur: Alii teſt
menta ſua nuncupant : Alii mortifera l
quuntur: redituraſq; per jugulum voces n
continent, quam multis ita interemptis: Vu
goque veritas jam attributa vino eſt. Interc
ut optime cadat, Solem orientem non viden
ac minus diu vivunt: Hinc pallor & genæ pe
dulæ: oculorum ulcera: tremulæ manus effu
dentes plena vaſa : & quæ ſit pœna præſens
furiales ſomni, & inquies nocturna, prȩmium
que ſummum ebrietatis, libido portentoſa, a
jucundum nefas. Poſtera die ex ore halitu
fœtidi: ac fere rerum omnium oblivio : mors
que memoriæ. Rapere ſe ita vitam prædican
cum priorem diem quotidie perdant, illi ve
ro & venientem. Hæc Pliniana in temulento
peroratio, hæc caſtigatio cenſoria, tam ſeve
ra , tam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

, tam luculenta, tam vera, quem non revo-
t ab ebrietate ad ſobrietatem? à meracis po-
nibus ad dilutiſſimas aquatiſſimasque, à vi-
ria cœna ad prandium caninum? Quis hæc
diens, quis hæc legens, non repente, te-
ulentiam fugiat ac execretur: perinde qua-
vitiorum omnium fœdiſſimam, ſpurciſſi-
am, defamatiſſimam? Quis judex ea au-
oritate, ea ſapientia præditus, qua vos e-
s, non eveſtigio pronunciet contra ebrio-
m, contra ebrietatem? Sed jam tempus eſt
nere receptui, ne dum vicem talionis im-
odimus, dum fraternam taxationem reta-
amus, dum mutua flagitii exprobratione
r pari referre ſtudemus, immodici atque
nmoderati fuiſſe videamur. Adnotaſſe vos
dices jam dudum credimus, quædam nos
æ objectaverit frater irrefutata, irreper-
ſſaque, quaſi nos diſſimulanter præteriiſ-
: Ita eſt Judices: nec inficias imus. Nam e-
s tantum eſt qui ſe impeccabilem, & ut
ræci dicunt ἀναμάρτητον oſtendere velit,
robra & criminationes omnes ſingillatim
luere atque refellere. Nos vero noſtras
oxas, noſtra flagitia, neque inficiamur ut
ſontes: neque excuſamus, ut multi: neque
ctamus, ut frater. Fœdum & turpe eſt lu-
ere & fornicari. Erubeſcendum nomen eſt
eretricarii & aleatoris. Crimen utriuſque
oſtrum infame, detrimentoſum, reprehen-
bile eſſe non negamus, atque etiam ultro
rofitemur: ſed vitioſitatem fraternam no-
ræ vitioſitati noſtrisque flagitiis aſſerimus

eſſe anteponendam. Diximus ex ebriete
non ſolum famam & opes labefactari, qu
in nobis potiſſimum carpſit frater, ſed m
tem, animum, ſenſus omnes concuti, mut
perturbari, evidentiſſime docuimus: qua
ditate nihil fœdius: quo vitio nihil vitioſ
eſſe aut dici poteſt. Oſtendimus quan
clades, exitia, funera, mortalibus ebrietas
tulerit. Catalogo quoque quaſi per exemp
per auctoritates, per dicta nobilium condi
rum decurrimus, indicantes quemadmodu
temulentia omnib. ſeculis ſupra omnem vit
ſitatem damnata, conſciſſa, infamata eſt. Qu
ſupereſt, veſtræ prudentiæ eſt Iudices,
ſtræque gravitatis, diligenter crimina noſ
penſitare, & velut in librili collocare, perp
dere, & quem ex nobis tribus turpiorem, f
dioremque judicaveritis, in illum pronunc
re. Nihil enim veremur, quin ſecundum n
pronuncietis, quin vobis, qui ſapientiſſi
eſtis, idem videtur, quod tot ſcriptorib
celeberrimis viſum eſt, quod rationes ſu
dent, exempla corroborant, ſenſus comm
nis affirmat. Itaque cauſam noſtram Iudic
fidei veſtræ prudentiæque committimus, &
aperte cognoſcitis (ſicut profecto noſcitis)
brietatem longe fœdiorem eſſe atque viti
ſiorem, ex hæreditate quæſumus fratren
abigite, & nos judicio veſtro liberate, ſente
tiis abſolvite, ut hæreditate paterna bene
cio veſtro perfruamur. Diximus.

PH

HILIPPI BEROALDI
Declamatio, an orator ſit Philoſopho & Medico anteponendus.

AGNA ac venerabilis res eſt eloquentia, viri ornatiſſimi, cujus bono nihil æſtabilius: Cujus beneficio fit, ut tanto ominibus ipſis præſtent eloquentes, quan- homines cæteris animantibus antecel- nt: hoc cunctis liquet, hoc præconio om- um atque conſenſu celebratiſſimum, hoc oſtra quoque oratione jam pridem edita ſtificatum eſt. Attamen hodierno die Phi- opicas M. Tullii ſive Antonianas auſpica- rus, exiſtimavi me facturum operæ pre- um, ſi ritu ſcholaſtico paulum rhetorica- r, & declamatoria dictione præluderem. uod ut commodius fiat, unam de ſcho- priſcorum declamatorum controverſiam rtractabo. Daboque operam, ut conditu- e noſtræ concinnataque edulia faciant ad omachum, ut à me dicentur, ea & animos oveant, & aures permulceant. Sed ut lon- as præfationes recidamus, rem ipſam in- rediemur. Quod dum fit, vos diligenter ac benter attendite.

Argumentum.

Pater, qui tres liberos habebat, Philoſo- hum, Medicum, Oratorem: moriens teſta- nento eum hæredem fecit, qui eſſet utiliſſi-

mus civitati : poſt mortem patris con- dunt tres fratres, cui hæreditas paterna- dere debeat : Primus Philoſophus coram ju- dicibus agit cauſam: à quo cum alia, tum hæ dicuntur.

Declamatio pro Philoſopho.

DEMIROR Iudices, cuipiam mortali dubium videri, cui ex tribus fratri potiſſimum paterna bona ſint adjudicand cum philoſophia ſit regina cunctarum di- ciplinarum, quam Marcus Tullius inve tum Deorum : Plato vero donum Deoru eſſe tradiderunt ; quo bono (ut ipſius Plat nis verbis utar) nihil unquam majus mo talibus datum eſt à Diis, nec unquam dab tur. Hæc eſt vitæ lex, virtutum indagatri vitiorum expultrix, lumen legum, magiſtr morum, rerum elementarium exploratri cœli & mundi contemplatrix, quin altit dinis ſtudio etiam cœlo ipſo ſublimiora qua piam veſtigat ; & ut inquit Platonicus Apu lejus : In extimo mundi tergo degit. Ha internuntia homines Deo cognati & pro ximi, imo ut verius loquar, Dii terreni e ficiuntur. Quid per Deos immortales ex cellentius ſacratiſſima illa philoſophia ? qua ſupra hanc caliginem in qua volutamur ex cedens docet quid agatur in cœlo : Merito que Seneca philoſophorum ſinceriſſimus ſan ctiſſimusque (cui utique credi convenit. Naturæ rerum gratias agit, cum ſecretiora ejus ingreſſus, didicerit, quæ univerſi mate

ria

a ſit; quid ſit Deus totus, in ſe intenderit;
n ad nos aliquando reſpiciat; faciat quoti-
e aliquid, an ſemel fecerit: Pars mundi ſit,
mundus, an mundi anima, an potius opi-
x & factitator, liceatne illi ex lege fatorum
iquid derogare: An majeſtatis diminutio
erroris confeſſio ſit mutanda feciſſe. Ad
ec nulla res magis diſcuſſerit caliginem il-
m nebulæ craſſiſſimam, quæ ut poëtarum
ariſſimi prodiderunt, obtutus mortalium
ebetat, menteſque obducit oppenſo igno-
tionis velamento. Quid porro utilius illa
tera Philoſophiæ parte, quam partim E-
icen, partim mortalem appellitant quæ
axime ad homines ſpectat, quæ docet,
uid in terris agendum ſit, quæ errores no-
ros diſcuſſit, quæ urbes peperit, diſſipatos
omines in ſocietatem vitæ convocavit:
eſpublicas bene moratas inſtituit. Vnde
on immerito ſpectatores Philoſophiæ ubi-
ue gentium Philoſophos nominant, no-
nine ſcilicet ſancto & religioſo, quaſi ſolos
pientiæ ſtudioſos, qui ante Pythagoram
ophi, id eſt, ſapientes & habebantur & no-
ninabantur. Quid quod & philoſophus
Iedicus eſt? cum philoſophia (ut inquit
rpinas orator) ſit animorum medicina:
Quod & Galenus quoque teſtatur. Cum
utem morbi pernicioſiores pluresque ſint
nimi quam corporis, præſtantior haud
ubie eſt Philoſophus, qui gravioribus
norbis medelas ac fomenta ſalutariter ap-
onit: qui denique tanto eſt quam corpo-
F 5 ris Me-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

ris Medicus nobilior utiliorque, quanto a-
nimus corpore eſt precioſior. Quin etia
Philoſophus Orator eſt: unde enim vis
dicendi, niſi ex ſcholis Philoſophorum
cta eſt? Vnde rivi eloquentiæ, niſi ex fon
bus philoſophiæ derivati? Huc adde qu
dialectice, id eſt, diſputatoria ſive diſp
tatrix, philoſophorum eſt, quæ rhetori
prope germana eſt, in tantum ut Zeno d
lecticen manui in manum compreſſæ, Rh
toricen vero explicatæ, ſimilem eſſe tra
derit. Quid per Deos immortales, hac t
partita philoſophia præſtabilius? quid u
lius eſſe ac dici poteſt? Cujus una pars
rum naturam ſcrutatur; altera compo
animum & mores: tertia ſtructuram verb
rum exigit & argumentationes. Ipſum po
ro Philoſophiæ vocabulum quid aliud ſig
ficat quam amorem ſtudiumque ſapienti
quo quid melius? cujus germana eſt Ph
localia, quæ amor pulchritudinis vertitu
tanquam ſine philoſophia pulchritudo e
non poſſit. Cæterum ut ſemel finiam, phil
ſophus, hoc eſt ſapiens, eſt omnia: Et (ut i
quit ille:)

Vno ſapiens minor eſt Iove dives,
Liber honoratus pulcher: rex denique regum

In tanta apud priſcos æſtimatione ac r
verentia habiti ſunt Philoſophi, ut Plato
ſapientiæ Antiſtiti Dionyſ. tyrannus vitt
tam navem obviam miſerit; Ipſe quad
gis albis egredientem in littore exceperi
ut Alexander magnus Ariſtoteli philoſ
ph

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

[...]orum doctiſsimo, patriam reſtituerit in [...]norem præceptoris, cui non minus debe[...] quam Philippo parenti profitebatur: ut [P]ythagoram Crotoniatæ ac Metapontini pro [D]eo colerent, & ex ejus domo templum [fa]cerent; qui in tanta fuit admiratione, ut [q]ui præſentia illius frui meruiſſent, id per[sc]riberent ad ſuos, tanquam magnum quid[d]am ac præclarum adepti forent, quod [P]ythagoram vidiſſent. Nunc quoque vos, Iudices, reveriti nomen philoſophi ſacro[sa]nctum ac venerabile, philoſopho mihi [b]ona paterna (ut par eſt) adjudicate, & [se]ntentia veſtra decernite: cum voluntas pa[tr]is hoc voluerit: cum ſenſus communis [h]oc dijudicet: cum excellentia doctrinæ [q]uam profiteor, hoc peculiariter depoſcat. [D]ixi.

Audiſtis hactenus, viri clariſsimi, quæ ex [p]hiloſophi perſona in petitione hæreditatis [p]aternæ dicta ſunt: nunc quæſo audite at[t]entis animis & auribus, quæ ſecundo loco [M]edicus egerit, qui cauſæ ſuæ patrocinatus [e]ſt patrocinio hujuſce, vel conſimilis ora[t]ionis.

Diſceptatio eſt Judices inter nos, non quæ ex noſtris ars ſpecioſiſsima, ſed quæ civitati utiliſsima: Quæritur, quis ex nobis plus mortalibus proſit. Quis neſcit, Medicum ad omnes totius civitatis ordines, ad omnem ſexum, ad omnem ætatem pertinere? Cum ſummatibus: infimatibus: viris: fœminis: ſenibus: pueris ægrotare contingat; Cum

omnes ex hoc utilitatem indiſcriminati
petant; meritoque dici poteſt, Medicu
rem communem terrarum eſſe. Et me he
cle, ſi vera diſpicimus, ſi curioſe cuncta pe
pendimus, ſola Medicina, ſoloque Medi
opus eſt omnibus. Medicina eſt, quæ u
contra fata depugnat, eaque identidem e
pugnat: quæ languentibus vitam proroga
quæ jam deploratos, jam defletos, in famil
orcinumeratos luci auræque vitali perſæp
reſtituit: multique Medicinæ opera revixi
ſe creduntur. Et ne fabulas percenſeam, qu
ab Æſculapio Hippolytum & Tyndaride
ad vitam revocatos ferunt; Nonne Aſcl
piades inter Medicos famigerabilis, argu
mentum hujuſce rei vel potentiſſimum eſt
qui homini jam conclamato depoſitoqu
dum effertur, fatum abſtulit; Cujus animai
in corporis latibulis deliteſcentem advoca
vit, eumque ab inferis poſtliminio prop
funeratum domum retulit. Huc adde, quo
huic arti tantum honoris tribuere majores
ut Diis inventores ejus aſſignaverint, cœ
loque dicaverint, Apollinem Æſculapium
que prodendo; quem ob id Archiatrum qua
ſi principem Medicorum dixit antiquitas
Et profecto Medicina res eſt ſacra; Et ut Sa
lomonis ſapientia teſtatur, omnis medela
Deo eſt. Ideoque ſaluberrime ſapientiſſi
mus ille præcepit: Medicum honorandum
eſſe, quum propter neceſſitatem illum altiſ
ſimus creaverit. Quod autem philoſophu
ſtater gloriatus eſt, philoſophos priſco ſe
culo

ɛo honoratiſſimos extitiſſe apud Reges, ne
hac quoque parte illi utique ceſſerim,
um medicos acceperimus prope cultos
Deorum vicem. Namque Hippocrates
maximus Medicorum, ob depulſam arte
dica peſtilentiam ex Illyrico in Græciam
nientem, honores illos meruit à Græcis,
os Herculi decreverunt: qua in re ſubit
ntem illud Galeni ex libro Theriaces:
emadmodum ſcilicet juſſit divinus Hip-
crates ignes fieri medicatos odoramentis
ſuaveolentibus unguentis perfuſos, ut
aër tabificus emendaretur, fieretque in
rahendo innocentior ſinceriorque, quod
peſtilentia factitandum. Avicennna quo-
e præcepit. Quid Aſclepiades idem inter
edicos priſcos (Hippocratem ſemper ex-
pio) facile princeps, nonne univerſum
ope humanum genus circumegit in ſeſe
on alio modo, quam ſi è cœlo emiſſus ad-
niſſet, quinque res maxime communium
xiliorum profeſſus, abſtinentiam cibi, vi-
, frictionem corporis, ambulationem, ge-
tionemque. Qui expetitus à maximo re-
um Mithridate, legatos illius ad ſe miſſos,
llicitationeſque ingentes ſprevit, poſtha-
uitque quieti literarum. Critobulus quo-
ue & Eraſiſtratus habiti ſunt in maxima a-
ud Reges maximos exiſtimatione; quum al-
r Philippum Alexandri patrem: alter An-
ochum Syriæ regem ſolerti curatione fa-
aſſet. Quid multa? quum ſanitate nil utilius
t mortalibus (quod Galenus quoque aſſerit
in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

in libro ſectarum) Medicina autem quum ſanitatem præſtet, liquido colligimus Medicum & Philoſopho & Oratore longe utiliorem eſſe civitati. Quod ſi philoſophia animi medicina dicitur, Medicina quoque corporum philoſophia rite perhibetur: cujus adjumenta infirmitas hominum advocat, & continuo ubi ægritudo invaſit, ſolatia Medici requirit, philoſophis & oratoribus poſthabitis, in quibus nullæ ſuppetiæ ſalutares, nulla ſunt adminicula languentium, quibus præſto eſt Medicus, & remediis præſentiſſimis opitulatur. Proinde Juriſconſulti Medicos profeſſoribus ſtudiorum liberalium merito anteponunt: quum hi ſalutem hominum agant, illi ſtudiorum curam. Quid nunc ego enumerem medicinæ partes, quas omnes ſacras & ſalutares puto? Diæteticam quæ victu, Pharmaceutiam quæ medicamentis, Chirurgiam quæ manu curat. Ex quo fit, ut qui medicinæ utilitatem non videt, is non ut luſceolus, ſed ut exoculatus nihil prorſus videat. Quocirca Judices, ſi utilitati publicæ conſulitis: ſi Medicum in civitate utiliſſimum eſſe cognoſcitis, mihi qui ſaluberrimam artium, utiliſſimamque profiteor, hæreditatem paternam aſſignatote. Dixi.

Audiſtis, Viri Spectatiſſimi, quæ philoſophus, quæ poſt philoſophum Medicus dixerint, in cauſa adipiſcendæ paternæ hæreditatis, nunc ſedulo auſcultate, atque animum advertite, & ea, qua ſoletis comitate perpendite, quid noviſſimo loco dixerit orator. I

xui

rit (opinor) hæc nec injucunda relatu, nec
ingrata auditu, nec indigna cognitu: Sic au-
tem Oratorem cauſam ſuam egiſſe credito-
r.

Nunquam magis ſenſi quanta ſit oratoriæ
facultatis vis atque excellentia, quam hodier-
no die dum fratres audio non ex inſtrumen-
to philoſophiæ aut medicinæ, ſed ex orato-
ria ſuppellectile inſtructos cauſam actitaſſe,
adeo ſua philoſopho philoſophia: Medico
medicina nil opis in agenda cauſa præſtitere.
Quin muti pene conticuiſſent, niſi ad elo-
quentiæ noſtræ adminicula confugiſſent, ſi-
ne cujus nitore philoſophia ſordeſcit: Medi-
cina obſoleſcit: diſciplinæ omnes incultæ
rubiginant: adeo neceſſaria atque conduci-
bilis omnibus omnium ingenuarum doctri-
narum profeſſoribus eloquentia eſt, cujus u-
tilitati majeſtatique nihil (abſit invidia ver-
bo) eſt comparandum. Et quia mihi pri-
mum cum fratre philoſopho agendum eſt.
in ego philoſophiam cum oratoria: philo-
ſophum cum oratore componam: parcius
tecum agere cogor & modeſtius, quia frater
es: ſed tamen, quod inter nos dictum ſit, iſta
tua præclara philoſophia, quam glorioſe ja-
ctas mi frater, & tanquam filiolam exoſcu-
laris, nequaquam tanti eſt, quanti eam videri
vis: nec tam in philoſophia ſtudium ſapien-
tiæ eſt quam opinatio. Nam cum ſcientia
certi ſit opinatio incerti, ſcholæ philoſopho-
rum omnium ac ſectæ dum philoſophantur
haud dubie opinantur: Iſtud enim opinatur
quiſque

quiſque quod neſcit : Illi autem qui de re[bus]
naturalibus & cœleſtibus diſputant, opini[o]
ducuntur, quum veritas demerſa in ſecre[to]
ribus naturæ deliteſcat. Hinc philoſoph[os]
ſcriptoribus luculentis opinatores opini[on]
ſimos dici novimus. Vnde autem quæſo, [ſo]
ex opinatione tot diſſidia, tot compugna[tio]
nes philoſophorum emanarunt ? tot ſe[ctæ]
diſcordantes ? Dicam enim non obſtrin[gen]
landi cauſa, ſed quia ita ſe res habet. Pugna[nt]
philoſophi inter ſe atque diſſentiunt di[ſſi]
dio non parvo, magnis in rebus & ſer[io].
Quidam principium rerum eſſe autuma[nt]
aquam, ut Thales Mileſius. Alii ignem, [ut]
Heraclius cognomentio Scotinus, id eſt [te]
nebricoſus: Quidam aëra, ut Anaximen[es].
Pythagoras vero, Empedocles, Epicharmu[s]
aliique phyſici compluſculi quatuor e[le]
menta principium rerum eſſe poſueru[nt].
Plato Deum factitorem mundi eſſe trad[it].
Ariſtoteles mundum innatum eſſe autuma[t].
Epicurus, Democritus, Leucippus ex at[o]
mis, hoc eſt, ex corpuſculis inſecabilibu[s]
mundum formatum eſſe contendunt. Præ
terea de Deo & de anima : de finibus bono
rum, de meteoris inter philoſophos non co[n]
ſtat. Quidam deos innumeros : quidam nu[l]
lum eſſe crediderunt. Platonici unum qu[i]
dem curantem rerum. At Epicurei ocioſu[m]
& inexercitatum. Stoici Deum extrinſecu[s]
cinguli modo torquendi hanc mundi mole[m]
eſſe prodiderunt. Platonici intra mundum: u[t]
gubernationis exemplo intra illud maneat

quo[d]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

od regat. Sunt qui in fortunæ jam lapſibus
nia ponant , & nullo credant mundum
tore moveri , natura volvente vices & lu-
& anni. Quidam curam Deorum intra ſy-
a continent. Nonnulli divinam provi-
ntiam ad lunam uſque deducunt : tanquam
dendum ſit , agere curam rerum huma-
um: illud quicquid eſt ſummum atque in-
orum ſit Dei majeſtatem pollui tam
ltiplici ſordidoque miniſterio. Quanta (dii
ni) de anima inter philoſophos pugna: Pla-
ait animam eſſe ſubſtantiam αὐτοκίνητον, id
ſe moventem. Xenocrates numerum. Ari-
teles entelechiam. Pythagoras & Philo-
s & Ariſtoxenus harmoniam. Poſſidonius
am. Hippocrates ſpiritum tenuem per
pus omne diſperſum. Origenes Adaman-
s ſubſtantiam ſenſibilem & mobilem. Hip-
rchus & Zeno ignem. Anaximenes aë-
Empedocles ſuffuſum cordi ſanguinem.
mocritus ex atomis conflatam. Dicear-
s vero nullum eſſe animum : nullam a-
nam : fruſtraque & animalia & animan-
appellari. Alii æternam : Alii mortalem
mam diſſolubilemque eſſe contendunt.
leſiaſticorum quoque ſuper eadem re eſt
ſidium : alii ab origine mundi factas in
lo animas : alii ex traduce propagari :
i Deum quotidie animas operari tradunt,
od & Chriſtianum dogma confirmat.
ec & id genus alia tam varia , tam diſ-
entia quum lego , quo me vertam ?
em ſequar ? cui credam ? Succurrit illud

Hora

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

Horatianum : *Bellua multorum capitum*
Nam quid ſequar aut quem? Merito dixit
ctantius: De anima inter philoſophos no
dum convenit, nec unquam fortaſſe con
niet. Et à Lucretio decenter & vere dic
eſt: *ignoratur enim quæ ſit natura animai.*
dem vere contentio eſt circa fines bonor
quum alii in voluptate, ut Ariſtippus: al
virtute, ut Zeno: alii in primis naturæ,
Græci τὰ πρῶτα φύσεως, Auguſtinus & V
primigenia vocant ut Carneades. Alii in
dolentia: ut Hieroymus Rhodius, ſumm
bonum collocaverint. Peripatetici ex tri
ci genere bonorum, animi ſcilicet, corpo
atque externis fœlicitatem metiuntur;
multo ſecus Academici Voluptatem c
honeſtate Dinomachus & Calipho copu
runt. Indolentiam quæ græce ἀναλγησία
citur, honeſtati Diodorus Stoicus adjun
Quid dicam de rebus naturalibus, quanta
inter Meteorologos diſparilitas atque diff
ſio? De Cometis. De fulminibus. De ar
cœleſti. De Niloticis incrementis non co
ſtat. Quid multa? De motu terræ, & ut
quit poëta: *Vnde tremor terræ & qua vi ma*
alta tumeſcant, Obicibus ruptis, ſunt philo
phi inter ſe diſcrepantiſſimi. Et in hac re
ſola opido quam mira inconſtantia eſt? Na
que Anaxagoras ignem cauſam motus e
ſtimat. Anaximenes terram ipſam ſibi i
eſſe cauſam motus, nec extrinſecus incurr
re, quod illam impellat, ſed intus ipſam il
di in ſemetipſam. Quidam motum aqu

impu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

utavere: ut Thales Mileſius. Democritus
o motum fieri autumat aliquando ſpiritu:
luando aqua: aliquando utroque. Ariſto-
s, Albertus Magnus, & omnis Peripate-
rum ſchola: ſpiritum ac ventos cauſam
motus alacriter affirmant. Cui ſenten-
Plinius noſter & Seneca ſubſcribunt. Ex
tam multiplici diſſidio, ex ea philoſo-
rum diſcordia haud dubie fit, ut incertus
quibus credam, quibus accedam: cujus
æ me candidatum eſſe profitear. Quic-
d elegero, plurimos video improbaturos:
cquid probavero, plures negaturos: ut in-
cot ambigua, illud tantum Socraticum mi-
certum verumque eſſe, videatur: Hoc
quod neſcio. Inde fit ut Academicorum
ακαταληψίαν, id eſt, incomprehenſibilita-
n minime improbem, qui nulli rei aſſen-
ndum eſſe contendunt: qui ob id σκεπτικοὶ
ἀποϱητικοὶ, id eſt, conſideratores & am-
entes dicuntur; Meritoque Proteus per-
am veritatis ſuſtinere creditur, quam ſu-
ere nemo poteſt falſis imaginibus illu-
ntem & comprehenſionis nodos relaxan-
n. Ad hæc adde quod philoſophos irreli-
oſos putant, eoſque ferme arbitrari, Deos
n eſſe, dum meras rerum cauſas & ſim-
ces rimantur. Ex hac opinor inconcinnita-
diſſidiiſque ſectarum factum fuit olim ve-
ſenatuſconſultum, quo philoſophi ex ur-
Roma pulſi ſunt; perinde ac inutile atque
fructuoſi. Mox iterum Domitiano impe-
nte exacti ex urbe, & Italia interdicti. Vt
ſemel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

ſemel finiam, propoſitum fratris demiro[...] hiantis paterna bona, cum philoſophus (ſi Platoni credimus, cui itaque in re philoſo-phica credere convenit) minime ſit phil-chrematos, id eſt, pecuniæ cupidus. Imo contemptor divitiarum. Quocirca do[...] frater moneo à petitione hæreditatia, n[...] inſtituto ſectæ tuæ deflexiſſe videaris [...] vitæ contrarius ire priori. Nihil enim h[...] Philoſophia præſtantius, quam quod mod[...] contenta, ampliores opes non deſiderat: [...] de fit, ut conditores legum philoſophd[...] profeſſorum numero non habeant, quia [...] primum eos profiteri oporteat, mercen[...] am operam ſpernere. Hæc ſatis ad philoſo-phum, qui nimis urgeri jam videtur & co[...] moneri, vera caſtigatione commonitus. Tr[...] ſeamus deinceps ad Medicum: quem int[...] go fiduciam Medicinæ ad hanc cauſam op[...] do quam fidenter deſcendiſſe. Cujus [...] haudquaquam philoſophiæ abſimilis eſt: [...] delicet varia: inconſtans: interpopularis [...] non parum ſæpe pernitioſa: quam ut in [...] ſtibulo diſſertationis ſtatim repercutiam [...] venique, Nonne inter Medicos prope m[...] jor, quam inter philoſophos pugna eſt atq[...] contentio? quam in diverſas curandi v[...] proceſſerunt? Hippocrati cauſa morbi o[...] ginalis videtur eſſe in ſpiritu ſive flatu, que[...] morborum omnium patrem & avum appell[...] Heliophilo in humidis omne vitium viſu[...] eſt. Eraſiſtrato ſi ſanguis in arterias, hoc e[...] venas, quæ ſpiritui accommodatæ ſunt, qu[...]

rece[...]

entiores pulſatiles nominant, transfundi-
r. Aſclepiadi vero placuit originem ægri-
uinum eſſe, ſi manantia corpuſcula per
ſibilia foramina ſubſiſtendo iter claudant
neatus obturent. Ad hæc cum ciborum
coctione maxime ſanitas conſtet: merito-
ſtomachus paterfamilias & rex totius
poris in homine dicatur: in hac quoque
re diſcrepantiſſimi ſunt: Eraſiſtratus e-
cibos atteri in venerem contendit: Pli-
nicus putreſcere; Hippocrati placet per
orem cibos concoqui; quod Galenus, A-
enna & Medicorum neotericorum ſcholæ
firmant: Aſclepiades vero nihil concoqui
umat: ſed crudam materiam, ſicut aſſum-
eſt in corpus omne diduci. Huc adde,
d alii medicinam dicunt eſſe rationalem;
i in uſu tantum, & experimentis eam po-
runt, perinde ac uſus in curationibus, ſi-
in cæteris omnibus artibus, ſic magiſter
caciſſimus. Vnde Logici quidam, quaſi
onales dicti: quidam ab experimentis
pirici; ut Serapion, & Apollonius, & He-
ides. Sunt & Methodici, à via quadam,
m ſequuntur, nominati. Ob hoc dixit Au-
ius in Grypo Ternaria triplicem eſſe Me-
inam, illo verſu: *Triplex quoque forma me-
di: quæ logos, & methodos cuique experientia
en.*

Sunt & Dogmatici, quibus ſunt ſua decre-
ſeu placita, ſine quibus nulla ſecta conſi-
re poteſt: hos maxime probat Galenus,
uo Empirici improbantur: qui ait, Hero-
philum

philum & Philippum inprimis Empiricos
eſt, experientiæ ſectatores extitiſſe; (
Hippocrates & Diocles, Cariſtius & E
ſtratus Logicam hæreſin, id eſt, rationa
ſectam ſectati ſint: Methodices vero pri
pes fuerunt Archigenes & Themiſon: de
bus opinor, ſenſit Satyrographus, ſcribe
Advocat Archiginem oneroſaque pallia j
Item: *Quot Themiſon ægros autumno occi*
uno. Fuit & Ptodicus Selibriæ, qui natus
ſtituit Jatrolepticen medicinam, hinc in
meræ ſectæ fluxerunt; dogmata infinita:
tentiæ multiplices: hinc illæ circa ægros
ſeræ concertationes, nullo idem cenſe
ne videatur aſſertio alterius. Hinc illa in
licis monumenti inſcriptio: *Turba Med*
rum ſe periiſſe. Et Adrianus Imperator (ut
ctor eſt Dion) moriens dixit: Medicor
turba principem perdit: cui concinit verſi
lus ille apud Græcos vice proverbii celeb
tus: πολλῶν ἰατρῶν εἴσοδος μ᾽ ἀπολέσεις,
eſt, multorum Medicorum introitus me p
didit. Nequeo mihi temperare, quo mi
Pliniana illa percenſeam, ad hoc totum
gotium mire facientia, quibus luculentus
le ſcriptor in Medicos perorans aſſerit, n
lam artem Medicina inconſtantiorem fuiſ
nec dubium eſſe Medicos omnis ſcientiæ
mam novitate aliqua aucupantes, animas n
ſtras ſtatim negotiari: diſcunt periculis n
ſtris, & experimenta per mortes agunt, M
dicoque tantum hominum occidiſſe ſumr
impunitas eſt: quinimo tranſit in convitiu

& i

ntemperantia culpatur: quod ſi lex ulla
aret, quæ puniret inſcitiam capitalem, op-
o quam paucos videres Medicinæ profeſ-
s. Proverbium illud ſat eſt notum: Titu-
ledicorum remedia habent, Pyxides ve-
a. Hinc ille Lacon Medico dicenti nihil
es mali: οὐ γὰρ σοῦ, ἔφη, ἰατρῷ χρῶμαι.
n enim (inquit) te medico utor. Et ite-
a cum Medicus dixiſſet: Senex factus es.
oniam (inquit) non uſus ſum te medico.
ui, dicit quiſpiam, videmus quotidie mul-
morbis graviſſimis acutiſſimiſque impli-
s, auxilio Medicorum convaluiſſe? Qui-
reſponderi breviter poſſit illud Auſonii:
ſit fati ope, non Medici. Contra plures
eas occumbere, quibus Medici, qui ha-
tur clariſſimi Medicorum, nihil profuere.
eterea millia gentium olim fuerunt, & in
ſentia ſunt, ſine Medicis degentium. Nos
o aliena opera vivimus, alienis pedibus
bulamus, alienis promiſſis credimus: quod
jam ad finem mea feſtinaret oratio, o-
dere poſſem; quam multa ſunt nomina
um medicarum apud Galenum, Avicen-
n alioſque Medicorum celeberrimos, ma-
ntellecta, pejus tradita, peſsime uſurpata?
quibus diſpendio vitæ mortalium recen-
es hallucinantur & aliud pro alio propi-
ntes, ſæpe dant mortiferam potionem pro
atifera. Quas ob res liquido colligimus,
rater Medice, diſciplinam tuam, quam ja-
nticulus tantopere extollis, non tam uti-
n eſſe civitati, quam detrimentoſam. Sa-
lubriter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

lubriter itaque Portius Cato creditur Med interdixiſſe, cujus oraculo claudam hanc Medicis diſputationem. Sunt autem Cato verba hæc: Quandocunque gens iſta ſua teras dabit, omnia corrumpet, tum et magis, ſi Medicos ſuos huc mittet.

Hæc autem omnia contra Philoſopho Medicos inflammanter ſatis perorata, ne veſtrum viri clariſſimi, quæſo perinde d accipiat, atque ſi ex perſona mea dicerent abſit enim à me talis inſectatio: ſed tanqu ex perſona oratoris, agentis cauſam adver fratres, alterum Philoſophum, alterum Me cum: qui quum diluerit elevaveritque frat nas profeſſiones, oratoriam diſciplinam & ratoris nomen valentiſſime tutatus eſt. Vt d dixit non ſolum illa omnium judicum exo bula, quæ à nobis dici ſolent & poſſunt, multis quoque adminiculis fulſerit, robo verit, & erexerit cauſam eloquentiæ, q ad præſens omitto, illud tantum retuli contentus, quod expatiatus orator per lati mos rhetorices campos, talia ſubjunxit.

Quod eloquentia (inquit) ô Judices una ſummis virtutibus ſit, civitatique utiliſſima, deo clarum, adeo in confeſſo eſt, ut probati ne non egeat. Nam cum orator finiatur, v bonus dicendi peritus: Rhetorica bene dice di ſcientia, utilem eſſe eam confitendum quæ bonitate conſtat: elegantia pollet, nito ſplendeſcit: cujus ope & opera præclara om nia fiunt magna. Equidem conditores urb um, non tam philoſophica doctrina, quam

legan

-entia oratoria & illicio facundiæ pellexe-
-rit diſpalatos homines ad civitatem, politi-
-amq; vivendi rationem. Conſimiliter conſti-
-tutores legum, quibus nihil pene emunctius,
-natius, & ſententioſum magis, adjuti fultu-
-que eloquentiæ leges ſaluberrimas, eloquentiſ-
-ſimisq; condidere: quas mox interpretamen-
-tis barbaris fœdaverunt. Formatores quoq; re-
-rum publicarum, Imperatores bellicorum ex-
-ercituum, tegere conſiliis & moderari res ma-
-gnas ſine docta voce & oratoris vi haudqua-
-quam potuiſſent. Deniq; ſcriptores fere omnes
-in omni doctrinarũ genere vel eminentiſſimi
-ſine pigmentis oratoriis, ſine dolatorio rheto-
-rico ſtatim lectori nauſeam faciunt, & bilem
-movent: adeo ſcriptio omnis citra elegantiã,
-proxima faſtidio: tantamq; vim habet illaà
-ta priſci ſeculi dicta flexanima atq; omniũ
-na rerũ oratio. Merito apud Romanos, qua
-Reipub. nulla unquã major, nulla ſanctior, nul-
-lis bonis exẽplis ditior extitit: ſumma ſemper
-oratoribus dignitas fuit. Et ut autor eſt Corn.
-Tacitus; nullus magnam potentiam ſine elo-
-quentia conſecutus. Quod (ut de aliis taceam)
-ille ne M. Tullius, ille orandi regula & dicendi
-norma, cujus ingeniũ Romano Imp. par fuit, qui
-Romanæ facundię pomeriũ promovit, ad conſu-
-latum uſq; ampliſſimamq; dignitatem ex hu-
-militate nataliũ & loci evectus eſt? Quo quid
-illuſtrius in Romana Repub. excogitari poteſt?
-Eo ſuadente legẽ Agrariam; hoc eſt, alimẽta
-abdicarunt Romanę tribus: Cujus linguę ful-
-men infregit auda-cem, id eſt, victoriantiam:
-ipſum proſcripſit Antonium: Cujus nomine

ſupplicationes à ſenatu decretæ ſunt, qu
ximus honor victoribus bello ducibus c
qui togato ante Ciceronem habitus eſt
ni. Demoſthenem quoque admirabatur
cia: obſervabat Rex Perſarum: & plurim
eo apud Philippum ſermo habebatur:
gloria tam celebris, tam per ora omniu
litans extitit, ut anicula aquam ferens ita
ſurraverit alteri οὗτος ἐστι Δημοσθένης hic e
Demoſthenes. Et olim Georgiæ rheto
ontino, à Græcia Delphis ſoli ſtatua non
rata, ſed aurea tota dedicata eſt. Tantus h
habebatur oratoriæ artis profeſſoribus: I
mine præcipue duo ſunt: Ratio & oratio.
ab Apulejo homines finiuntur ratione
dentes, oratione pollentes. Sed ratio ſine
tione prope mutila eſt & manca. Quare
hil ab illo parente rerum fabricatoreque
di Deo melius oratione accepimus: ſi u
mum eſſe nemo non novit eloquentia p
re, ſenatum, populum, exercitum: morta
mnes: in quæ velit orator ducere: ſi viri
randi tantum aſſequi poteſt, ut fulgurir
minare, tonare (quod Pericli contigit)
deatur orator; pronuntiate Iudices pro o
re, & ſecundum me litem date: & ut qui
tor ad vos venerim, abeam à vobis exo
efficite, ut ſi rhetorice eſt perſuadendi op
ac ſuadę medulla, videar apud vos perſu
liter dixiſſe: ſive enim perſuadere, ſive be
cere finis eſt & ſummum in oratore, utru
id munus impleviſſe videbor, ſi voti co
ex ſententia veſtra ac pronunciatione d
ſero. Dixi.

SINGVLARIA

D MAIOREM

HVIVS

RACTICÆ

ELVCIDATIONEM CON-
GRVA MAXIMEQVE
NECESSARIA,

NUNC PRIMUM ANNEXA.

ea clandeſtinarum deſponſationum, quæ fiunt mediantibus mulierculis vetulis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

ITERLOCUTORES,

THARATANTARA, Vetula.
GRACHVS, Amator.
POLISCE, Amaſia.

Actus I.

THAR. Memini ego me quon-
dam à multis amari, memini
etiam me multis egregiè ſæpi.
us illudere ac fune quaſi ligatos
trahere. Verum heu me jam ef-
am manent fata ultricia, non ita ut pri-
n ambior, nec ullis artibus priſtinum vigo-
n poſſum reparare, tametſi enim pſilothro
pinguibus fabis faciem atq; adeo rugas a-
s,(quę mihi alioqui ſunt loco retium qui-
pulices piſcor, & mordicus dum contra-
prehendo) oblinere conor, dolum tamen
le odorantur, ac cachinnantes, me non a-
r in facie nitere ajunt, quam ſi ſtercus
ernæ includatur, atque in obſcuro ac te-
roſo loco lucem emittere debeat. Tam-
etiam caput meum nardo perfundam,
alia re ſuaveolenti, quo delectantur de-
tuli amatores, me tamen nauſeant, ubi
tiunt, halitum quendam poſticum clam
e exiiſſe; Ano namque meo non poſſum
to fidere, quin ſingulis greſſibus fere ſi-
at, tuſſim quinetiam quoties traho ſpiri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

tum exhalo. Non verentur etiam me ve-
ficam nuncupare ac blanditiis fallacibus
palpare ipſos, incuſant, ac magico carm
vitam auferre conati. Heu quam miſera
tularum conditio. Sed enim aliæ incur
viæ, tentandum quidvis potius ut favore
venum non omnino excidam, quis ſcit
fortuna lateat. Adibo itaque juvenem qu
ſcio non uſque adeo furtivis amoribus
fragari, quem aut mihi conciliabo, au
hac non ſuccedit via, dabo operam, u
morem ipſi cum virgine non omnino l
in negotio abſtemiam, conciliem, id qu
mihi lucro ac emolumento cedet. Sed ec
oportune accedit, alloquar igitur; cum te
pus, locus & occaſio ſuadeant. Salve, ô G
che, conſpicuum juvenum decus atque
rona, quo tendit veſtra gratia, ô quam ru
cundæ ſunt veſtræ genæ! ô quam felix ill
cui baſia infiges blandidula! Grach. St
improba quid ad te meæ genæ? Thar. H
tametſi ego ſum rugoſa, rugæ tamen m
tibi non nocebunt. Grach. pfui, quis tec
cupiat ſub uno dormire ſtrato. Tres tant
habes dentes & quidem piceos, ac totid
capillos, tantumque vides, quantum noct
mane. En pannoſas mammas, en pectus
cadæ, en rugoſas genas, ut pera ruſtica, q
te amplexetur, amplexum tuum omnes ca
pejus & angue fugiunt, ſuſpecta etiam adm
dum es veneficii nomine. Thar. Audi pr
quid velim, non nimeam ago cauſam,
alterius, cui haud gravatim, ſcio, dabis locu

Grac

ch. Cujus alterius? nullius enim rei mihi
ſcius ſum. Thar. Credo equidem; Sunt
quæ te obſervent, quæ te ament, teque
cum exoptent. Grach. Men'? Thar. Ita
, & quidem incuſant te nomine arro-
tię, quod à te habeantur deſpectui. Grach.
untur profecto, ſed ſemper vereor, ne ſi
ommodare me coner, ab ipſis ego deſpe-
habear. Novi enim aliquantulum ipſa-
n ingenium. Thar. Ego omnem arrogan-
ſuſpicionem quam de te ſuſceperant a-
vi, ſed verbis meis non omnino fidunt.
n hac urbe quæ te ſemper in ore habet,
Ita ſæpius trahit ſuſpiria, eademque reite-
virgo ſpecioſiſſima (illa nimirum, &c. di-
n tibi in aurem) quę aliquoties te vidit prę-
euntem, miratur ac dinumerat ſingulos
s greſſus, id vero eſt quod potiſſimum i-
m angit: quod ne unico quidem nutu i-
m ſalutas, prompta enim eſt reſalutare.
ch. Quid alloquar aut ſalutem, cum
n norim niſi de facie? forſitan etiam me
duceret, ſi quid ſponte conarer. Ego ſi
d hac in cauſa poſſes agere, non in ingra-
n contuleris. Sed vide fallas, ægre enim
actiones ineo, cum norim vafrum eſſe
erdum virginum ingenium. Thar. Noli
bitare, tam enim te amat, ut nihil ſupra.
njam adibo virginem ſuſcitaturus, qua
ra quave occaſione ipſam tuto compel-
e queas, tu interea domi te contineas, va-
ergo, & bene interim ſpera. Grach. Vale
tu, & meam ſalutem virgini quantumvis
 adhuc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

adhuc incognitæ, dicito. Thar. Ne du-
tes, rem tuam agam candide.

Actus II.

THARATANTARA, POLISCE

THAR. Heus, heus quis huic do
ineſt? Heus nemo reſpondet hom
heus de domo Poliſce. Poliſ. Qu
nam tam frequentius pulſat fore
heus tu? Tha. Hujuſce domus præter om
amantiſſima & fida. Poliſ. Quænam Tha
tantara. Tha. Tua, aperi actutum ubi lubet P
liſcena. Poliſ. aperio etſi mater dixit ſe abſe
te intraducam neminem. Tha. Optimam t
bi hodie dii dent mea gnata diem & annu
Poliſ. Tibi vero diem & annum hunc Thar
tantara perpetuum faxit, quod rei eſt, Th
Habeo tibi nonnihil dicere. Poliſ. mihi: ehe
timeo quid ſiet. Tha. ita, quod apprime p
cebit. Poliſ. Si quidem bonum atque hon
ſtum. Tha. Verum abde peſſulum oſtio, dei
de concedamus paululum intro. Poliſ. F
ctum. Tha. Principio ut ſedulo juſſa obſe
vem, herilis gnatus te ſalvere exoptat ut ſ
ſe. Poli. Quamobrem, quid rei eſt mecum
Tha. Rogas, nequeo ſatis mirari quamo
rem erga te ſingulari afficiatur benevolen
tia, adeo vehementi. Poliſcena, quod ni
ſe itidem ex animo diligas, decrevit præ tr
ſtitia, prope diem mortem obire, contremi
ſcit præ pudore. Poliſ. Quo pacto iſtuc

Tha

a. audies ; pridie, dum una cum matre
detentim proficiſcebaris tua ad S. Fran-
ci oraculum, auditum fratres orci Ache-
ntis ac Cocithi, portenta balantes prope
redibilia, is forte ex obliquo te proſpe-
, meminiſti gnata? Poliſ. Quid ni, verum
n eſſem caput ac faciem omnem abſcon-
a, quî potuit cenſere, qualis mihi ineſſet
ma. Tha. O Poliſcena, noſcis quam ſagax
ſpectator formarum, potiſſime hujuſce-
di. Poliſ. Recte cenſes, at ego non ſum
uſmodi, neque in me eſt ſpectatione di-
um oreque formoſum quippiam, pro-
rea puto te joco haud ſerio dicere. Tha.
o dicis? res ipſa indicat, nam (ita me ju-
Jeſus) poſteaquam te amare cœpit, nun-
am vidi ipſum hilarem, placidum nemini,
ago obſonia ac pulpamenta quæ ſcio o-
ia, demulceo verbis quantum poſſum,
nequit eſſe, inquit, neque potare, noctes
cit inſomnes, ingemiſcit perpetuo, rogo
velit, ut medicum accerſitum accelerem.
l. Noſcit iſthæc quantis quantiſque nunc
animata ſum curis, nam ſi linceos haberet
ulos, videret profecto me haud ſecus at-
e ipſa dicit in illum uſque coaluiſſe. Tha.
t ſine modo ut liquefiam in lachrymas, ut
rciſcus in fila, quandoquidem non licet
m nedum habere, verum nec colloqui
ginem quam plus quam hanc animam
igo. Poli. Debeo huic meam quam ergo
um animam habeo, credere? non credam,
rto credam num iſta ex animo ac vere di-

ſis

cis Tharatantara. Tha. Certum. Poliſ. N
me obſecro verbis ſeducere. Tha. Quid
num ſeducere adoleſcentulam? Pol. Vin'
bi unum credam verbum actutum. Th
Cede dexteram, non ſum aliis ſimilis, no
dum quidem noſti ingenium meum, qua
ſit ad res illas callidum ac taciturnum n
capitur facile: auch quidquid dixti gnat
mallem emori prius, quam ex me reſciſc
ret quiſpiam, non extimeſcas, non ſum a
eo inhumano ac rudi ingenio, ut neſcia
quantum ſit oneris vim opprimere adol
ſcentiæ. Poliſ. at vereor. Tha. parce v
reri, neſcis qui cum loqueris. Poliſ. Sci
verum ſi. Tha. Haud ſciet mater. Poli
pridie ubi illum inſpexi. Tha. Cedo i
trepide, mea puppa electa, mens mea, ro
mea, habeo quod volo. Poliſ. Adoleſce
tem adverſum me ſæpenumero projicie
tem lumina, dixi mecum illico, is, qua
tum ſuſpicor me amat, me exoptat ſib
Tha. non mentior igitur. Poliſ. Ego it
dem cepi miſere adeo Tharatantara, t
quam primum petii domum, ſedeo lachry
mans, ſuſpiria crebra, ſingultus effundo m
ſera, nihil facio operis: Tha. Optime ſ
habent principia. Poliſ. rogat mater: qui
fles? quid lachrymis manas? interminatu
ut palam differam, quid verbis opus eſt, e
go illum in conjugem dari optavi perpe
tuo mihi. Tha. facis ut æquum eſt, no
bilem ac bonæ indolis adoleſcentulum mal
em legitimo copulari conjugio, quam vi

tan

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

m cælibem, pariter ætatem tam deflere, cam iſtuc ipſi an non? Poliſ. ut lubet at. ha. Omitte ſcio in aurem clanculum: Po-. ſi ſapis verum, non indiges monitore, lgo enim ac paſſim fertur, ſapienti non o-s eſt patrono. Tha. Etſi non ſatis ſapiam, men aſtu advertam, ne quid per me & à e temere factum videatur. Poliſ. Perſua-m habeo & propterea haud ſum verita, ti- ſcrutinium meum credere, nec (ita me ſus ſalvet) tanquam patrono meo adhi-iſſem fidem. Tha. Noli jurare: ne plus cruciet miſer, dicam te orare, ut cras te ocutum veniat, ubi mater abſceſſerit. Po-. mitte orare cedo veniat ac finge me in-am. Tha. Qua hora, ne mater compre-nderit vos, intro vos colloqui. Poliſ. Vt xti. Tha. Sufficit, vin quippiam quo pro-n tibi? Poliſ. ita Gracho meis verbis me commiſſiam plurimum faxis. Tha. vin a-ld? Poliſ. Non, num tute: Tha. non nix in capite, ſulcus in gena, ſat eſt ſuavium eum. Poliſ. vale. Tha. & tu mea gnata le feliciter, Grachi meique memor.

Actus III.

GRACHUS, THARATANTAR.

GRACHUS. Niſi me fallit ſpes l[illegible] na, bonum refert modo nunci[illegible] Tharatantara, nam ædepol ve[illegible] hilarior, ſeque ocius movet ac[illegible] let, quam primum enim me procul vidit, e[illegible] livit animo, viden ſubridet? triumpho her[illegible] le ſi quid juſſi impetravit, eo obviam, he[illegible] heus Tharatantara, quæ nova, quæ nov[illegible] Tha. bona, bona. Grach. non ſum apud m[illegible] ſucceſſit opportune? Tha. lætare, lætare[illegible] quam Grache, omnis res in vado eſt, nihil n[illegible] fefellit, quod in mentem venerat. Grach. c[illegible] tum. Tha. Certum Grach. Exple animum o[illegible] ſecro, cede quicquid tute feciſti boni. Th[illegible] auch in via iſtuc fatue. Grach. eamus igit[illegible] Tha. noli me intrudere, ceſſa veſtem trah[illegible] re, trita eſt, dilaniabitur facile. Grach. ſu[illegible] curſa igitur paululum. Tha. ſi poſſim, cred[illegible] anum ſuccurſare? Grach. ſi defeſſa es mea m[illegible] ter ſede modo, atque enarra ſedulo pro[illegible] ſeſe res habuere, primum cave ne me [illegible] gaudium conjicias fruſtra. Tha. Oho bel[illegible] am me aut hominem cenſes? Grach. hom[illegible] nem hercle adeo bonum & fidum, ut hiſce [illegible] culis viderim quemquam. Tha. ſede propi[illegible] ne quis audiat nos. Grach. Sedeo. Th[illegible] Principio ubi pulſo fores aperitur illico, p[illegible] ſtea quæ uſus poſcit omnium rogat Poliſc[illegible] na quid rei eſt ſecum. Grach. timeo. Th[illegible]

dic[illegible]

do illam verbis tuis alloqui ſi lubet, ſtupet, calor naſcitur faciei, primum utor circui-ne, laudibus extollo virginis formam, ſub-et ubi te nomino, rubet faciem. Grach. njectura optima Tha. nihil rejecit. Grach. id quoque non malum. Tha. dico te emori i aut nuptui collocetur, aut precio, aut ecario, potiundi facultas detur, decreviſſe. ach. Hem quid tum ipſi. Tha. erubuit ulum, attamen placuit ſermo. Grach. iumpho etenim (per eum quem colimus eum) adime iſtuc perplexum gaudium mi-atque quod actum eſt, tandem uno expedi rbo. Tha. Age, arrige aures Grache: Grach. rigo. Tha. decrevimus eo te iturum cras. ach. men'? Thar. te. Grach. illudis. Thar. rede ſi lubet. Grach. credo, at quando mane vesperi. Thar. mane ubi mater exibit fo-s. Grach. mone me ſodes, quo pacto id i-ac faciam. Tha. totus jam palleſcit, ac fren-t dentes, metu bone vir num friges? Grach. uid malum frigeo, quia quod rogo expedi. ha. num dixi quam primum Calplurinia eorum delubra frequentabit, tu ex adver-latitans angulo, in domum te raptim præ-pitato, intellexti an nondum? Grach. recte nc. Tha. vellem (ita me Jeſus ſalvet) ex mula quadam reſpiciundi facultatem mi-darier, qua illam adordiretur primum o-tione virginem, ita nunc propemodum xanimatam video puſillanimem. Grach. Quid tute? Tha. nihil, veruntamen tibi jam-um ut arundo tremunt poplites ac crura,

aperi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

aperi os bone vir, oſtende numerum denti
Grach. Quid malum, viriliter agam, m
iſthæc fac. Tha. bellum arduum eſt, utin
adeſſet, qui tibi caput galea tegeret, n
tela virginis vulnerarent. Grach. me para
tu ubi tempus evenerit illico me interpell
ne quid deſit. Quod ad proceſſum ulte
rem attinet in occulto acta ſunt, proinde
temere pronunciandum. Executio for
ſponte prodibit, &c.

QUÆSTIO I.

De philtris ſeu poculis amatoriis quid ſe tiendum ſit?

QVÆSTIO hæc jamdudum ventila
nec dum ſatis diſcuſſa, proinde adh
ſub judice quodammodo lis pendet, *A*
videlicet *philtris ſeu poculis amatoriis amor c*
ciliari poſſit? Amantes enim mille artes e
periuntur, quinetiam vias vetitas tentant,
amata potiantur. Quidam Caroticum, ut
pium exhibent, ut redamentur. alii inebrian
ut ſomno vinoque ſepultam ſubigant: a
poculo dementant, ut Cæſona Caligulam
Lucullus & Lucretius aſſumpto philtro inſa
perierunt. Verum ut piſcatio quæ fit venen
facilius quidem eſt, ſed piſcem reddit inſu
vem & ineptum menſæ: ſic pravis artibu
quæſitus congreſſus non poteſt eſſe jucun
dus: concumbunt abſque voluptate, quia in
voluntarius congreſſus neutri amantium po
teſt eſſe gratus: Tolerabiliores, qui datis can
thari

[…]ridibus Veneris ſtimulos exſuſcitant, aut […]qui ad languentem Venerem à medicis […]ſcribuntur, arrectionem excitant, ut dia-[…]grio.

[…]Quiſquis es, dic ſodes, videturne tibi his […]ltris amor conciliari? Quid ni? dices, quia […]or eſt πάϑος voluntarium: Vellet amans […] & vivere in amata: eſt dimidium animæ […]: voluntas autem libera eſt, cogi non po-[…]t. Requiritur animorum conſenſus, ut vo-[…]tas, amoris præmium, coitu percipiatur; […]n dubito quin arte poſſit aliquis ad libidi-[…]n incendi: Poteſt magus imo medicus […]cere philtro ut ames, ſed non poteſt effi-[…]e ut redameris: neque faciet definite ut […]nc vel illam ames, quamvis exhibito ſaty-[…] puellam reddiderit amantem, an propte-[…] amantem tui? Sapienter itaque ſummus […]giſter amoris ita concludebat:

Ergo: quiſquis opem noſtra tibi poſcis ab arte,
Deme veneficiis carminibuſque fidem.

Cum Olympiæ renuntiaretur Philippum […] Juda quadam fuiſſe ineſcatum, & philtro […]lut laqueo irretitum, juſſit illam ſibi addu-[…]: quam cum videret ſupra cæteras venu-[…]m & formoſam: Ecce philtrum, inquit:

Sit procul omne nefas, ut ameris amabilis eſto.

[…] Græci affabilitatem φιλίας vocabulo ex-[…]imunt, ut ſignificent ſolos affabiles eſſe a-[…]abiles: In facie Darii inerat aliquid gratiæ […] venuſtatis, cujus cauſa non tantum ſuis, ſed […]iam exteris, quinetiam hoſtibus erat gra-[…]s. Curtius Philtron quam Symphitum,

quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

quod Alcibiadium dicitur,quia Alcibiade
tanquam amuleto uteretur ad aucupan
gratiam populi Athenienſis. Eſt ang
gratiæ, Annabel dictus Hebræis, qui am
les creditur reddere, quibus aſſiſtit. Qu
xit aurum perſonatum amoris vinculum
gnificavit eſſe philtrum præſtantiſſimum,

Auri ſacra fames, quid non mortalia cogi
Pectora?

Caſta eſt,cujus pudicitiam nullus auro
licitavit, Jupiter ipſe per implvuium aure
deſcendit in ſinum Danaes. Apage ergo m
gica philtra, ſunt vana,fallacia,ridicula. H
ſola pro legitimis philtris habenda ſunt,
rum affabilitas, animorum & morum ſim
tudo, facundia.

Non formoſus erat, ſed erat facundus Vlyſſe.

Hæc erat veterum Pytho, ſuadela, Herc
lis gallici aurea catena, qua omnes nolent
volentes ad ſe pertrahebat. Vlyſſes obdu
aures cera, ne Syrenum cantu caperetu
meretriciæ facundiæ unicum & ſingulare r
medium.

QUA

QUÆSTIO II.

De faſcino, quid ſentiendum?

HÆC quæſtio paribus fere rationum momentis olim diſputata: *An faſcinatio ſit poßibilis?* Quam in pauca contraham, & veluti compendio pro-
nam. Verum ne homonymia nominis cui-
am imponat, notandum, inprimis Lacæde-
onios civitate ſua oratores expuliſſe, quod
ſtigiis orationis populum quo vellent per-
herent & veluti faſcinarent. Adoleſcentem
i ad diſcendam Rhetoricam Athenas con-
ſerat, ablegarunt, adjecta cauſa, quod re-
ret inſtructus arte faſcinandi. Vnde & Ger-
anicum Fatzē ortum trahere videtur, quod
em eſt quod inani ſpe lactare, fumos vende-
. Quo ſenſu, ni fallor, Galatas ita D. Pau-
s increpabat: Quis vos faſcinavit, hoc eſt,
clamando impedivit, ne pareatis veritati.
φιλαυτία quoque dicitur faſcinare, quia non
ntum corporis, ſed animi oculum perſtrin-
t. Narcis enim & Euclidas dicti ſunt à claſ-
is autoribus amore ſui faſcinari.

Sed vere & proprie dicitur faſcinare, qui
lo intuitu quem vult non tantum inficit,
d interficit: quam vim ſuis lamiis & ſtrigi-
s veteres tribuerent:

Illæ carminibus promitiunt ſolvere mentes
Quas cupiant: Aliis diras immittere curas,
Siſtere aquam fluviis, & vertere ſydera retro.

Hoc

Hoc modo paſtor apud Platonicum I
tam ſuas oves faſcinari conqueritur:

Neſcio quis temeros oculus mihi faſcinat ag

Nobis itaque relinquitur inveſtigand
an paſtoris juſta eſſet querimonia, an po
inanis & in vulgi tantum opinione poſi
Si vere Plinius & Solinus affirment, quib
dam populis ut Tryballis & Illyriis conna
vim faſcinandi; quid ni juſta? Oportet h
nium habere faſcinum pro confeſſo, qui
illud avertendum tam multa deſcripſerit
media. Romani appendebant collo pue
rum Priapi effigiem ad impediendum fa
num; propterea latini Priapum faſcinu
quaſi faſcini depulſorem nominarunt. A
eum finem currui triumphali Priapus appe
debatur, ut faſcinum in autores retorquere
fallor ſi puella quæ viſu receperat inter
ciendum Alexandrum, non eſſet faſcinatri
Enimvero ſi mulieres quo tempore fluu
menſes viſu ſpeculum inficiant, quis dub
tet, malignum quendam vaporem per ocu
lum tranſmitti poſſe in objectum? Si baſil
ſcus & catopleba ſolo aſpectu interfician
quidni in toto hominum genere aliqui n
ſcerentur baſiliſco ſimiles? Placuit enim na
turæ, ut loquitur Plinius, nil mali uſpiam e
ſe quod non ſit in homine. Homo eſt men
ſura rerum omnium, cætera enim non d
cuntur calida aut frigida, niſi ad homine
relata, proinde cum unicuique animantiu
generi proprium inſit temperamentum, ſo
lus homo poſſidet omnia, hic leoninum, ill

ninum. Huic viſus baſiliſci, illi Catople-
e: Philoſtratus in Apollonii vita meminit
turnii cujuſdam Epheſii, qui non aliter
iam baſiliſcus omnes ſolo aſpectu interfi-
ebat. Quibus argumentis videtur effici poſ-
ilem eſſe faſcinationem.

Veruntamen ut inde exordiar, cum homo
animal politicum, naſcatur ad civilem ſo-
etatem; quæ crudelitas eſt, naturam, quæ
erhibetur φιλάνθρωπος crediturque omnia
ferre ad uſum hominis, procreare homines
ui etiam intuitu omnes interficiant. Verum
tiamſi nullus extet, neque unquam me ju-
ice, talis extiterit, demus tamen extare
oſſe, an propterea faſcinatio poſſibilis? mi-
ime vero. Nam faſcinator proprie dicitur,
on qui promiſcue & ſine delectu obvium
uemque; ſed qui intuitu quem & quando
ult, interficit. Atqui motus naturæ non
unt in noſtra poteſtate, eoque differunt à
oluntariis, quare ſi cui connata eſſet vis
aſcinandi læderetque omnes quos inſpice-
et, non eſſet tamen faſcinator ille de quo
quæritur, quia arbitraria eſt faſcinatio. Po-
eſtne vapor aut ſpiritus iſte malignus obje-
ctis oculis eſſe funeſtus, proprio ſubjecto in-
noxius? putaſne puellam veneno nutritam
potuiſſe præſtare quod pollicebatur cum ve-
nena conſuetudine fiant alimenta, tandem-
que coctione triplici alterata deſinant eſſe
venena: Gallinæ nutriuntur rubetis & ſcor-
pionibus; capræ cicuta, neque propterea vi-
ſu quenquam offendunt. Eſtne veriſimile ab

aſſum-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

aſſumpto veneno attolli vaporem ad oculu
quo ipſe non lædatur, cum à cauſis tam i
ternis quam externis tam facile oſtendatu
aut cur halitu potius non lædunt quam viſ
Sane ſi viſus fiat recipiendo non emittend
ſitque cryſtallinus humor veluti ſpeculum
nimatum, fruſtra ars aliqua faſcinandi conſ
tuitur. Sed hanc de modo videndi quæſti
nem Peripateticis pro ſuo magiſtro adverſ
Platonicos diſputandum relinquo, conte
tus hoc adjeciſſe, mihi quidem videri falſ
quæ de Triballis & Illyriis in hiſtoriam rela
ſunt, fabulæ tamen hoc dediſſe locum, quo
eſſent aſpectu fero & truculento, puerosqu
metu propemodum exanimarent: nam ex c
culis iratorum veluti ſcintillæ micant: ut
nim Arimaſpi crediti ſunt monoculi, quo
ad cynoſuram collimando (erant enim in
ſignes ſagittarii) oculum unum clauderent
& Pſylli crediti ſunt reſiſtere ſerpentibus
quod uſu confirmata audacia venenum ſuct
mox retraherent; Theſſali, quia primo e
equo pugnarunt, falſam de centauris opinio
nem invexerunt. Ita Triballi & Illyrii cre-
diti ſunt faſcinare, quod viſus ferocia aſpi-
cientes terrerent, nervus eſt ſapientiæ no
temere credere: nullum enim eſt tam impu-
dens mendacium quod teſte careat.

Quæ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

QUÆSTIO III.

Vt conjugium fæliciter ſuccedat in quid maxime incumbendum?

TAMETSI in vita humana nihil magis
ſit dubium ac periculoſum quam con-
jugium, propter varias vices ac tædio-
s viciſſitudines quæ in eo ſeſe offerunt, qui-
ıs occurrere vel ſapientiſſimi quique imo ne
ıoderari quidem vix norunt. Vt tamen ali-
ıo ſeſe fulciant ſolatio, qui ad capiſtra con-
ıgialia aſpirant, meminerint potiſſimum o-
us eſſe longa deliberatione & delectu, qui
oſitus eſt in tribus bonorum generibus. In-
er animi bona primum ſpectanda eſt pie-
ıs: in corpore bona valetudo & ſtata forma:
ı fortunis, ætas & claritas generis virtute
arta. Hæc deliberatio ſi mature præceſſe-
t, jamque mutuo conſenſu contractum eſt
natrimonium. Vt igitur illud rite colatur,
enevolentia potiſſimum eſt concilianda, de-
ıde fovenda, & demum ſarcienda, ſi reſcin-
atur: idque fit natura, ſimilitudine mo-
ūm, æquitate, mutuis obſequiis, officiis,
nonitis, adhortationibus & pignoribus. Por-
o ut rite peragatur, id vero ſpectat partim
d uxorem, ut nimirum animo tranquillo,
orpore vegeto, matura ætate, tempore
ıon alieno concipiat: partim ad prolem,
ıt ſuſcepta pietate & ingenuis artibus inſti-
uatur. Atque is demum feliciter vitam vi-
ıit conjugalem, qui in connubio conti-
nue

nue ſuaviſſime vivens canos attingit, ne ullas rei uxoriæ moleſtias ſenſit, uſque ad, ut nudius tertius uxorem duxiſſe videa-. Is demum cum Auſonio habet, de quo p- rietur, atque in hunc modum uxorem al- quatur:

Vxor vivamus quod viximus, & teneamu
Nomina quæ primo ſumpſimus in thalamo
Nec ferat ulla dies, ut commutentur in æv
Quin juvenis tibi ſim, tuque puella mihi.

Atque hunc amorem non tam efficit c- porum voluptas, quam pietatis in utro- ſtudium, morum ſimilitudo, æqualitas, m- tua obſequia, communia pignora, inde t- arcta & ſyncera charitas, qualis fuit ol- Publ. Rubrii Celeris, qui monumento ſ- inſcribi juſſit, cum Caja Ennia uxore vixi- annos quadraginta tres, menſes octo ſi- querela. Hoc modo qui in conjugio vivu- habent profecto de quo glorientur, quib- nempe conjugium non vergit in conjurgiu- uti plerunque aſſolet. Hi rebus in adver- præſentem oſtendere vultum norunt, c- viaque intrepido damna ſubire pede. Vtri- que enim oneribus, & ſi quæ occurrunt, ad- verſitatibus ſe ſublevant. Proinde mea ſe- tentia, Metellum Numidicum de juſtis con- nubiis inique cenſuiſſe exiſtimo, cum al- quando in hæc prorupit verba: ſi ſine uxor- eſſe poſſemus, Quirites, omnes ea moleſti- libenter careremus: ſed quoniam ita natur- tradidit, ut nec cum illis ſatis commode, ne-

ſin

ne illis ullo modo vivi poſſit, ſaluti perpetuæ potius quam brevi voluptati conſulendum eſt. Hæc incongrue dicta, à tanto tamen viro, minime approbanda, cum matrimonium ſit præcipua radix & fons primarius, unde bona pars fœlicitatis humanæ ſcaturiat, imo cæteris omnibus vitæ generibus anteponenda, quæ etiam eos qui vitæ cælibi ſe manciparunt, conjugum fortunam admirari & laudare cogit. Quinetiam haud raro contingit, ut quorum vita prius agreſtior ſa eſt, quam humanæ naturæ conditio exigere videtur, hoc novo vitę genere, conjugali nempe, quaſi cicuratur, ac genuino nitori, qui vita cælibe hactenus obfuſcatus fuit, reſtituitur. Inſignis hujus rei extat hiſtoria, de quodam Galeſo Cymone. Natus is erat patre Ariſtippo, homine nobiliſſimo & omnium populārium longe locupletiſſimo, qui quidem (Galeſus) proceritate ſtaturæ & eximia corporis pulchritudine reliquos omnes adoleſcentes (habebat enim compluſculos fratres) longe anteibat, verum inſanus & væcors, cui Galeſo nomen à parentibus inditum fuerat, ſed quia neque doctrina præceptoris, neque caſtigationibus patris, neque ſolertia educatoris, literas aut bonos mores unquam percipere potuerat, eratque voce rudi & craſſa, moribuſque belluinis magis quam humanis præditus, ludibrii cauſa ab omnibus Cymon nuncupabatur, quo nomine lingua Cypria, beſtia ſignificatur. Cum itaque pater filii væcordiam ægerrime ferret, videretque

que illius ſpem omnem eſſe penitus depl- tam, ne præſentario quotidie dolore afi- retur, Cymonem amandatum, villicari ju- & procul à rebus urbanis cum villicati- bus exercere agricolationem. Quæ res moni fuit perquam jucunda, utpote hor- minime politico, amantique magis m- ruſticanos, quam civiles. Is ergo dum villaticas curat, & in prædiis colendis o- ræ plurimum, ſtudiique conſumit, forte quadam accidit ut hora poſtmeridiana ſo- obeundo paternos agros unico tantum ſcip- ne comitatus ingrederetur nemus puſill- quidem, ſed quod in illis regionibus amœ- ſimum foret, & tunc quum eſſet menſis M- jus, vernaque temperies, frondibus veſti- ſimum viſebatur. Quum iſtic otioſe inamb- laret, Cymon fortuna duce pedetentim trat pratulum perquam exiguum, quod p- ceriſſimæ arbores undique ſepiebant, in c- jus angulo fons lympidis aquis frigidiſq- ſpectabilis ſcaturiebat, juxta quem videt ſ- pra virentes herbas puellam dormienten perfecta formoſitate conſpicuam, quæ veſ- adeo tenui atque pellucida erat induta, ut n- hil pene nivei coloris tegeretur, infra cinct- ram velabatur linteo candidiſſimo, tenuiſſ- moque, prope eam ancillæ duæ, etiam p- diſſequus unus pariter ſomnum capieban- Hanc ubi conſpicatus eſt Cymon non alit- quam ſi nullam unquam prius fœminam v- diſſet, attonitus hæſit, & baculo innixus nul- la edita voce etiam atque etiam mulieris fa-

cien

em contemplatur & mirabundus oris linea-
enta ſolertiſſime rimatur. Inde paulatim
rudi pectore, craſſisque præcordiis, in-
quæ nullum politicæ urbanitatis veſtigi-
n per mille antehac documenta penetra-
docuerat, exorta eſt nova cogitatio quæ
animo alioquin pingui incultoque diſcur-
ıs ſic ratiocinabatur. Nihil inter morta-
hac formoſitate puellari viſum eſſe for-
oſius, cœpit dein luculentæ fœminæ om-
n habitudinem diligenter explorare, &
ticulatim ſingillatimq; decoriſſima mem-
laudare. Capillos inprimis flavos admi-
i, quos aurei coloris eſſe cenſebat. Idem
dare frontem, naſum, os, cervicem, bra-
a, pectus repenteque ex ruſticano & agri-
a factus arbiter & ſpectator elegantiſſi-
s formarum, vehementer concupiſcebat,
re oculos, quos illa ſomno marcentes
languidos habebat occluſos, quos Cy-
n (ut contueri poſſet) ſæpius voluit puel-
a expergefacere, ſed quum pulcherrima
venuſtiſſima ſupra reliquas omnes mu-
es quas ullo tempore conſpexiſſet ſibi
eretur, vereri cæpit ne una foret è nu-
ro Dearum, neque erat tam hebeti, ob-
oque ingenio quin dijudicaret divina
rtalibus, cœleſtia terrenis venerabiliora
debere. Ideoque ſeipſum cohibens præ-
labatur, ut ſuapte ſponte puella expergi-
etur, & quamvis iſta cunctatio nimis
ga eſſe videretur, tamen inſolita volu-
te pellectus, & ſpectaculo novo captus,

illinc abire non poterat. Spectante ita
Cymone, & hac ſpectandi voluptate
fruente, poſt intervallum non modi
expergiſcitur puella, cui Iphigeniæ no
parentes indiderant. Quæ ſublato ca
patefactis oculis conſpicata, Cymo
bacillo innixum ante ſeipſam conſiſten
vehementer admiratur, eumque his vo
affatur. Quid tu Cymon id horæ per hoc
mus inquiris? Erat Cymon Cypriis fer
mnibus cognitus, partim ſua fatua ſimp
tate, partim nobilitate divitiiſque pater
qui ad Iphigeniæ verba nihil reſpond
oculos figit in oculos puellæ, eoſque obt
inconvenienti contuetur, exiſtimans ex
rum fulgore manare ſuavitatem exupe
tiſſimam, quæ ipſius animam afficeret in
perta voluptate, gaudioque incredibi
quod cum virgo animadverteret, vereri c
pit, ne ille obtutus, inconveniens & im
bilis mores hominis incultos & inciv
excitaret ad aliquid moliendum, quod
ſuum ipſius dedecus redundaret. Quoc
excitatis pediſſequis feſtinanter exurge
Vale, inquit ô Cymon, & abiit. Ad hæc ſu
cit Cymon, Ego vero puella te libentiſſi
comitabor, Iphigenia quamvis illius
mitatum atque commercium aſpernaret
tamen hominem à ſe abigere non quiv
donec ad virginis fores perventum fo
Poſthæc Cymon domum paternam re
tens obſtinate affirmat ſeſe nolle amp
villicari, & vitam ruſticam culpans inc

ur

banam amplexari. Hoc patri reliquisque
pinquis moleſtum eſſe cœpit, qui tamen
tiſper expectandum eſſe conſtituunt,
nec intelligant cauſam tam repentinæ in
mine mutationis. Quum itaque intra
monis præcordia, intra quæ nullæ do-
inæ, literæque ullo unquam tempore pe-
traverant, Cupidinis ſagitta penetraſſet,
um Iphigeniæ pulchritudine captus, mo-
repente mutaſſet, non parva admiratio-
parentum, ſuosque omnes neceſſarios
ecit. Primum petit à patre ut veſtitu non
nus ſplendido quam fratres veſtiatur, quo
illime impetrato, vitam ducere parat cum
liticis adoleſcentibus, ſingula diligenter in-
irere & ſtudioſe rimari, quæ amatoribus
veniant. Idem cunctis vehementer admi-
tibus, intra breviſſimum temporis inter-
lum non ſolum literas didicit elementa-
s, ſed inter philoſophos excellentiſſimus
itit. Cauſa vero tantarum rerum ſolus e-
amor Iphigeniæ, quo duce non ſolum lin-
æ hæſitantiam emendavit, & vocem ex
era ac fuſca claram ſuavemque effecit,
etiam muſicæ diſciplinæ factus eſt peri-
imus, idem equitandi doctiſſimus, jure mi-
ri ſolertiſſimus, in maritimis, terreſtribus-
e expeditionibus experientiſſimus exiſte-
, breviterque ne particulatim virtutes ejus
umerem, intra quadriennium juvenis e-
it indolis probatiſsimæ, ita ut modeſtior,
gantior, pluribusque animi dotibus de-
ratus, quam omnes alii Cyprii adoleſcen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

tes exiſtimaretur. Quum igitur Cymon
more Iphigeniæ exæſtuans nonnunqu
(prout juvenes amorabundi facere con
verunt) à recto, æquoque diſcederit, nih
minus Ariſtippus æquo animo cuncta f
bat infilio, quum videbat propter amoren
vervece & ruſticano factum eſſe politic
& urbanum. Quinetiam illum nonn
quam hortabatur ut omnibus ſuis cupid
tibus obſequeretur. Cæterum Cymon,
vero nomine Galeſus dicebatur, reminiſc
ſe ab Iphigenia Cymonem quaſi nom
contumelioſo fuiſſe nuncupatum, hanc
tam tollere, ac maculam abdere conſtitu
& quum flagrantiſſimas amori uredines
peret emoderari, frequenter Cypſeum
pellat Iphigeniæ patrem, ut ſibi filiam
ſpondeat. Ille vero aſſerere ſe eam jamp
dem deſpondiſſe Paſimondæ juveni in
Rhodios juvenes generoſiſſimo; nec; data
fidem velle prævaricari, jamque appete
tempus pactarum nuptiarum, jam ſpon
ſponſam miſerat accerſitum: Tunc hæc
cum Cymon, jam tempus inſtat quo tib
phigenia demonſtrem, quanto te amo
complectar, quanto tui deſiderio æſtue
Tu me hominem ex bruto feciſti, tu
politicum reddidiſti, quod ſi mihi dii co
ceſſerint, ut ego te uxore potiar tuoq
ſuaviſſimo contubernio fruar, nihil re
quin Deo ſim futurus quam ſimillimus.
profecto aut moriar aut poſſidebo te co
jugem: hæc ſecum ratiocinatus, aliquot
mic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

ıcorum nobili genere natos furtim convo-
ɛt, cum quibus cuncta communicat & quid
ıri vellet, oſtendit. Mox clanculo navigium
nat, rebusque omnibus inſtruit ad pu-
am navalem accomodatis, quibus ad a-
ıſſim profectis navem conſcendit, & ven-
vela committit præſtolaturus in mari
vigium, quo Iphigenia ad maritum in
ſulam Rhodon transportari debebat, jam
onſæ pater honorifice atque hoſpitaliter
ceperat Rhodios homines miſſos à ſpon-
. Jam nova nupta navem ingreſſa mariti-
um iter capeſſebat, & Rhodum verſus
oram, velaque flexerant; Ecce Cymon
i ad hoc vigilanter excubaverat, die pro-
mo aggreditur navem Iphigeniæ ſuo na-
gio ad præliandum ornatiſſimo, & in pup-
ſtans ferociter in eos inclamat qui ſpon-
n comitabantur, ſtate viri, vela colligite,
t omnes naufragio occumbite. Adverſa-
Cymonis jam ſtruxerant gladios, ſeque
utico certamini præparabant, quo ani-
dverſo Cymon manum ferream (quam
rpagonem vocitant) in puppim Rhodio-
m ſtrenue injicit, navemque remorans
vigio ſuo roſtrato arctiſſime connectit.
ox leonis jubati inſtar non expectato ſo-
orum auxilio, ſolus Rhodiorum navem
ilíens cuncta perturbat, & amore vires
ggerente, ſtricto mucrone in medios ho-
s viriliter incurſat, & quum hic unus, in-
alter, mox plures vulnerarentur, Rhodii
s viribus diffidentes, quum neque repu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

gnare, neque effugere poſſent, ſeſe Cy[m]ni dediderunt, qui deditos ſic affatur: R[ho]dii homines neque prædæ cupiditas, ne[c] ullum in vos odium mihi perſuaſit, ut Cypro diſcedens vos in mediis fluctibus [ve]niens ipſe armatus agrederer. Sed res quæ me ad hoc impulit, quæ à me amp[liſ]ſima exiſtimatur quam acquiſiviſſe op[...] precium eſſe cenſeo, ea à vobis facillime cum pacificatione concedi poteſt, ea aut[em] eſt Iphigenia qua mihi nihil eſt neque [ca]rius, neque jucundius, quam quum eg[o] parentibus amice & comiter impetrare [non] potuiſſem, amor me coëgit ut à vobis h[oſti]liter & armatus auferrem. Deſtinavi ipſe [...] cum ſuccedere vicarius muneri Paſimon[di] & agere Iphigeniæ maritum. Proinde e[am] mihi tradite, & Diis bene faventibus in [pa]triam remigrate. Rhodii quos vis magis qu[am] voluntas ultronea cogebat, lachrymabu[ndi] Iphigeniam Cymoni tradunt: quæ qu[um] ubertim fleret, Noli (inquit Cymon) [ge]neroſa puella teipſam macerare, nil eſt q[uod] vereatis, ego ſum ille tuus Cymon, qui diutiſsime ardentiſsimeque depetivi, [&] propter æſtum amoris torrentiſsimum ma[gis] merui habere te uxorem quam Paſimon[d] propter paternam pactionem. Quo dicto [ad] ſocios revertitur, & Rhodios tradita Iphi[ge]nia cum rebus omnibus inviolatos dimit[tit.]

Qu[i]

QUÆSTIO IV.

An uxor marito, an maritus uxori dominari debeat.

QVÆSTIO hæc multis ſupervacanea videbitur, præſertim iis qui jamdudum hmos illos portæ cuidam in inſigni loco ermaniæ inſcriptos expunxiſſe, proindeque oribus ſuis plenarie dominari ſibi viden- r. Verum enimvero cum omnibus con- t, quantopere priſtina maritorum in u- ores poteſtas imminuta ſit & quidem pro- a ipſorum culpa, dum ſponte & ex pacto, od deinceps cadit in debitum, ſeſe uxo- bus ſubjugarunt, omnemque maritorum æeminentiam temere proſtituerunt, uſ- e adeo ut verendum ſit, ne diuturna hac t annorum præſcriptione in poſſeſſionem mittantur, è qua non tam facile, ut viri, turbari ſe paterentur. Quantum itaque fie- poteſt, uxorum quarundam injuſtis moli- onibus occurremus, ac viciſſim marito- m prærogativas aſſeremus. Præterquam tem quod ratio naturalis jubet, viros do- inari debere uxoribus, etiam id legibus & nſuetudine jamdudum receptum eſt, quin- o veteri Gallorum more viri in uxores cut in liberos vitæ necisque habebant po- ſtatem, ut refert Cæſar libr. 6. com- ent. quam conſuetudinem tanquam cru- eliorem, & in gentem fœmineam inju-

jurioſam Romani deinceps abrogarunt, a
que ita imminuerunt, ut cum antea u
rem liceret impune interimere, eo rem
degerunt, tantiſque immunitatibus gent
fœmineam donarunt, ut ne caſtigare q
dem, niſi moderate, uxorem cuiquam li
ret, quam tamen legem poſtea prout nec
ſitas exigebat, durioribus additamentis e
cerbarunt. Proinde neque legibus, neq
conſuetudine, neque ratione dominatio
xorum in maritos poteſt fulciri. In qua
ſententiam D. Auguſtinus libr. 1. de n
ptiis & concupiſc. cap. 9. Nec dubitari i
quit, poteſt naturali jure viros potius f
minis quam viris fœminas principari. Qu
& huic quoque rei teſtimonio ſunt bruta
nimalia, quæ velut idipſum dictante nat
ra, ita vivunt, ut mares imperent fœmin
Nam Plinius lib. 4. c. 3. loquens de Hyæn
Mares, inquit, ſingulis fœminarum gregib
imperitant. Quo congruit pulchrum Lac
næ Lacædeniæ reſponſum, cum enim int
rogaretur, an ſe vitiandam concederet, r
ſpondit, equidem cum puella eſſem, didi
parere patri, & hoc egi: mulier autem vir
Huic ergo ſi juſta rogas, manifeſtum fac
as primum. Quanquam nonnulli veli
Spartanas mulieres civibus ſuis dominari ſ
litas, ex eo quod uxores heras vocare ſoli
ſunt. Verum hoc commune omnium Gr
corum fuit uxores hoc nomine appellare
proinde dominium ipſarum nullatenus a
guit. Quid quod Plato, qui tamen alias mu

liebrium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

ebrium virtutum inſignis eſt admirator,
ros tamen fœminis tanquam gregi cuſto-
s præfecit, lib. 5. de republ. Cui accedens
ſcipulus ipſius Ariſtoteles Polit. lib. 1. cap.
Vir quidem, inquit, uxori præeſt & filiis,
nquam liberis quidem ambobus, ſed non
dem imperii modo: ſed uxori quidem ci-
iter, filios autem regit: maſculus enim
iam fœmina principalior eſt. Idem libr. 2.
conomicôn cap. 1. Exiſtimare autem; in-
iit, debet mulier vere compoſita, mores vi-
eſſe legem vitæ ſuæ impoſitam ſibi à Deo.
dde quod mulier lege divina. 1. Corinth. 7.
ianto tempore vivit vir ejus, alligata eſt le-
ipſius. Proinde in arbitrio viri eſt, legem
iam velit, modo honeſta ſit, uxori impo-
re. Quo etiam congruit aurea illa Pittaci
itylenæi ſententia, γυναικὸς ἄρχε, id eſt, u-
ri dominare. Probe nimirum perſpexit
piens vir, quam intolerabile ſit jugum,
iperium uxorium. Quin & apud priſcos
omanos vir de conjugis capite judicabat,
que ex lege Romuli, quæ ſic habet: *Adul-
tii convictam vir & cognati, uti volent ne-
nto.* Adde quod D. Ignatius in Epiſt. ad
ntiochenos: Mulieres, ait, honorificent
ros ſuos, ſicut carnem ſuam: & non aude-
t eos proprio nomine vocare. Hæc ille.
uo vero iſthæc, inquies, quonam igitur
omine illos vocabunt? Id vero vel ſola illa
ncta mater Sara te docebit, de viro ſuo A-
aham. Geneſ. 18. ita loquens: Dominus,
quit, meus vetulus eſt: quod exemplum

 etiam

etiam ipſe D. Petrus in prima ſua Canoni
Epiſtola ad inſtitutum ſuum applicat. I
quo etiam D. Chryſoſt. in Epiſt. ad Corint
Hom. 26. Priſcæ, ait, mulieres, viros ſu
dominos vocabant. Quid quod & Barſabe
David maritum dominum vocat, & ſe a
cillam illius, 3. Reg. 1. Elegans etiam ext
hac de re exemplum apud Plutarchum in
libello cui titulus eſt, De claris mulieribu
ubi laudat Megiſtonam Timoleontis ux
rem, quæ Ariſtotino Elicaſium tyranno, pr
cipienti captivis mulieribus, in quarum n
mero & ipſa erat, nuncios cum literis
maritos, qui Elidem obſidebant, mittere,
oſque ut obſidione deſiſterent, rogare, ali
quin ſe parvos natos in earum conſpec
prius, ipſas deinde omnes verberibus cæſ
interfecturum minitabatur; talibus verb
reſpondit. Si quid in te viri prudentiæ a
conſilii reſideret, non utique mulieres jub
res, quæ facto opus eſſent, ſuis viris præſc
bere: ſed nos ad ipſos tanquam domin
noſtros, permiſiſſes proficiſci.

Sed enim ſicut plurimum laudandæ ſu
uxores quæ maritos ſuos dominos vocant
ita è converſo acerrima reprehenſione c
gniſſimæ ſunt eæ, quæ maritis pares eſſe v
lunt, imo ne pares quidem ſolum, ſed eo
mnino intendunt ut præſint, ut dominent
maritosque contemnant atque deſpiciant
nullam omnino eorum habentes rationen
Quo reſpiciens Plutarchus in libro cui titu
lum fecit γαμικὰ παραγγέλματα ita inquit

Muli

ulieres cum ſeſe viris ſubjiciunt atque ob-
mperant, laudem conſequuntur. Cum vero
æeſſe volunt, magis eas dedecet quam eos
i ſubjiciuntur. Scitum eſt & illud Euri-
dis in Oedipo: Vxor quæ ſapit, viro inſer-
, quæ non ſapit, eum ſpernit. Et ſane con-
rtum eſt, conſtat etiam ex hiſtoriis, irre-
rentiam qua maritos dehonorant, in pro-
ium ipſarum plerumque redundare caput.
ota eſt hiſtoria de regina Vaſthi (Heſter
c.) quę cum ad regem venire recuſaret, om-
exuta honore regio ejecta & repudiata fu-
ut hinc diſcerent cunctæ uxores & majo-
m & minorum, maritis ſuis deferre hono-
m. E re ergo uxores fecerint, ut ſi ſe ab aliis
norari cupiant (cupiunt autem maxime)
aritos inprimis honorent, ſibique dominari
tiantur, nec moleſte ferant: ſciant, maxi-
a ex parte omnem ſuum honorem atque
gnitatem ex honore dignitateque virorum
ndere. Vix enim uxor honorabitur, niſi &
ud homines maritus in honore, pretio,
iſtimatione fuerit. Sunt certe uxores vel
noris vel dedecoris & cujuſcunque ma-
ialis conditionis fere participes, ut quoti-
e videmus, uſque adeo ut filia naturalis
eu ex illegitimo coitu nata) efficiatur le-
ima, ſi legitimo viro ea nupſerit, ex ſen-
ntia Angeli I C. Sicut viciſſim, fœmina no-
lis ſive patritia ſi nubat plebejo, eſſe de-
it nobilis ſive patritia.

Sane virorum quibus uxores dominantur,
u, magnus eſt numerus, atque hi ſunt mi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

ſerrimi. & merito pro vilibus & abjectis,
omnibus habentur, uſque adeo ut etiam P.
pheta Eſajas, cum in Iudæos contumeli
vellet invehere, hoc nomine potiſſimum
pſos inſectatur, cap. 3. quod mulieres do
natæ ſint eis. Quæ ſane ſervitus ſumma
ſeria eſt. Scribit Iuſtinus libr. 32. quod c
Daci cum Oloro rege adverſus Baſtarnas n
le pugnaſſent, ob ultionem ſegnitiæ, ju
regis coacti ſunt, miniſteria uxoribus, q
ipſis antea fieri ſolebant, facere. Neque
ante mutatum fuiſſe, quam ignomini
bello acceptam virtute delerent. In qua
ſententiam Plutarchus in præceptis conn
bialibus.c.5. quæ malunt, inquit, ſtolidis
ris imperare, quam parere ſapientibus, ſim
les illis ſunt, quæ ducere potius volunt c
cos, quam intelligentia viſuque præditos
qui. Ex quibus illud confiteri neceſſe eſt,
ſi hujuſcemodi viri uxorum imperio pare
tes, cæteris ſint contemptui, & uxores qu
que eorum fore contemptibiles.

Vice verſa, uxor quo magis virum hon
rat, eo quoque fit honoratior. Caſta eni
(ut inquit ille Senecæ mimus) ad virum m
trona parendo imperat, quo plane ſignific
tur eam matronam tum demum imperar
ac veluti in ſublimi loco eſſe, cum viro pare
Et D. Hieronymus: Servetur (inquit) inpr
mis viro autoritas ſua, totaque à te (ſc. ux
re) diſcat domus, quantum illi honoris de
beat; tu dominum illum obſequio tuo, t
magnum illum tua humilitate demonſtra
tant

..to ipſa honoratior futura, quanto illum
..plius honoraveris. Imo Auguſtinus Ho-
..l. 43. de fœminis loquens: prorſus, *inquit*,
..quam ancillæ ſervite. Quin ob idipſum
..minæ dum maritantur, velari ſolent, ut ſe
..verint ſemper maritis eſſe ſubditas: Co-
..m quinetiam ad memoriam ſubjectionis
.. Deus dedit, quam amputare, ſub anathe-
..tis denuntiatione (text. in cap. quæcun-
..e 30. diſt.) eis non licet. Rationem feſtivi-
.. ſimul & venuſte adducit Gul. à Mon.
..ud. nempe, ut mariti quicquam in eis in-
..nirent unde poſſent uxores trahere & liga-
.. Verum hanc rationem abſque dubio ſi
..s attulerit, parvam apud gentem fœmi-
..am reportabit gratiam. Quin potius, ut il-
..d evitarent, comas æque atque mares, fœ-
..narum Arimphearum inſtar, abraſura fo-
..nt.

..ervitia vero quæ uxor marito præſtare te-
..tur, ſunt inter alia, lavare pedes & caput,
..de etiam quidam uxores dictas autumant,
..od maritos lavabant, & ungebant. Sed &
..quinariam facere & lectum parare marito
..etur; quanquam poſterius ancillare potius
..nus eſt. Cibaria vero parare, uſque adeo
..ud priſcos illos populos ad uxores ſpecta-
.., ut etiam reginæ regibus coquerent ciba-
.., ut ſcribit Herodotus lib. 8. prope finem.

..orro ex hac uxorum erga viros reverentia
..ud procedit, quod uxor mutat proprium,
..rique ſortit ur domicilium, atque forum
..l. judiciale, non vir uxoris, ita ut etiam u-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

xor nullo pacto teneatur reſpondere in p.
ſtino domicilio, etiamſi litiget cum prop
marito, nec poſſit in ſua originali terra c
veniri; Quinetiam non amplius eſt de fa.
lia patris, ſed viri. Vnde etiam ſororem
ctam putat Pomponius in l. 2. ff. de origi
Juris, quod quaſi ſeorſim naſcatur, ſeparetu
que ab ea domo, in qua nata eſt, & in alia
familiam tranſgrediatur.

Apud Bæotios certus axis, quo vecta e
in domum mariti nova nupta, comburebat
ut id ſignum eſſet, eam perpetuo illic rema
ſuram. Cui ceremoniæ confinis eſt & a
Romanorum, apud quos ſponſa jam obtec
flammeo capite, cum extuliſſet pedem è p
mis ædibus, vertebatur in gyrum, atque i
ducebatur in domum ſponſi, ne ſciret via
redeundi ad ædes parentum. Adde quod ju
re & conſuetudine uxor tenetur ſequi m
ritum, qui ex cauſa alio proficiſcitur: eun
que etiam vagabundum, quocunque vada
ſi jam à principio ſciebat eum eſſe hujuſmo
di.

Cum autem autore Laertio Principatu
quinaria ſit diſtributio, ut alius ſit legitimus
alius naturalis, alius ſecundum conſuetud
nem, alius ſecundum genus, & denique al
us violentus, haud abs re queritur juxta quen
modum uxor marito ſubſit. Reſpondendun
eſt ſimpliciter per naturam (qua eſt ſecund
ſpecies) mares ubique gentium non modo in
ter homines, verum inter cætera quoque a
nimantia præſunt. Cum enim debiliores ſin

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

…culis, & vero Plato in Georgicis ſcribat, …ura comparatum eſſe, ut præſtantior plus …eat quam inferior, & potentior quam de… …or. Exemplo ſint irrationalia. Annon e… … taurus leoni, corvus urſo, aquilæ acci… …r, accipitri columba, tanquam debilior …iori natura cedunt. Annon victus captu ſ… … in bello victoris ſervus fit. Quin & qui … rationis, ingenii, prudentiæ, & conſilii …ent, merito dominantur, id quod præter …s confirmat Sapiens 17. cap. Servus ſa…ns, inquit, dominabitur ſtultis filiis. Non …n viribus inquit Cicero, aut velocitatibus, … celeritate corporum magnæ res gerun… … ſed conſilio & autoritate & ſapientia.

At vero conſtat, mares quam fœminas eſſe …uſtiores, animoque multo præſtantiores. …ue vel ſaltem ex etymologia nominis …bari poſſet. Vir enim inde dictus eſt, …od major vis in eo inſit quam in fœmina, …inc (ut vult Lactantius) virtus nomen …cepit. At mulier (ut interpretatur Varro) …ollitie dicta eſt, immutata & detracta li…a. Hinc Plato lepide in Tymæo ludit, viro…um animas quæ in hac vita molles ſunt & …œminatæ, in mulieres reviviſcere. Quæ …llities non ad animum, ut aliqui volunt, … ad corpus refertur. Et ob id etiam Gale…s in lib. de pulſib. Comment. 1. aſſerit, …ribus majores pulſus eſſe quam fœminis. … hinc illud Plinii loquentis de helleboro, … 25. c. 5. Vetant dari ſenibus & pueris, …m mollibus ac fœminei corporis, animive

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

exilibus aut teneris: & fœminis minus qu
viris. Quin & in omni genere animal
fortiores atque animoſiores eſſe m
quam fœminas, aſſerit Ariſtoteles lib. 9
hiſt. animal. c. 1. præterquam in Panth
& urſis, ſeu ut Avicenna & Albertus Mag
pudiavit arbitratus illi, niſi ut ſoli viro plac ret, curæ haud eſſe debere? Vbi P. Dempr nius Sophus, qui pari ratione conjugem l dos ſpectare auſam haud quaquam ampli tenendam putavit? Vbi ille Metellus, omn um ſeveriſſimus, qui vinum cum libaſſe ir tellexiſſet uxorem clava perimere non d bitavit? Quid dicam de illius civitatis glori victoriis, triumphis, fortunis, magnis rebu terra, mari, pace, bello præclariſſime geſti quæ tot ac tantæ fuere, ut ne dixerim Bonc niam, verum nec alteram quidem orbis pa tem illi merito poſſis comparare. Quid d imperii latitudine cum præclariſſimus Poët de Cæſare ejus dominatore cecinerit.

Imperium Oceano, famam qui terminet a
ſtris?

Quid de urbis amplitudine? Operum magnificentia? Templorum ingenti mole? cum ut idem ait Poëta:

Verum hæc tantum alias inter caput extulit
urbes,
Quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi.

Et nos illi Bononiam quondam ejus coloniam comparabimus? Hiſdem mulieres noſtras ornamentis decorabimus? Inſurgent quippe illarum matronarum catervæ, & virginum chori. Inſurgent divini Scipiones. Inſurget cenſorius ille Cato, totus denique Senatus inſurget, & omnium magiſtratuum ordo, inſurget curia, inſurgent mœnia, atque aurea tecta. Voces contra te dabunt, jus petent,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

nt, & denuo omnia in te converſa horrida
ce clamabunt, quid tibi nobiſcum teme-
ria? Quid te jactas incaſſum, ô Bononia
ſtra? Porro Romanam illam rempubl.
nta gloria, tot honoribus, tot ditatam
opheis, quæ quidem ſpectaculum, & in-
ditum univerſo orbi miraculum præbuit,
a tamen honeſtiſſime matronis indulſiſſe
pientes, meo arbitratu non temere judica-
nt, ſi meminerint maxime apud Lacæde-
onios Lycurgi viri quidem omnium judicio
ope divini legibus ſancitum, ne ullo pacto
ri, & argenti uſus haberetur, quæ omnium
tiorum ſentinam conſtantiſſime aſſevera-
t. Nec quiſquam plures, quam ſingulas
ſtes ſingulis annis portaret impune, & om-
um juxta tamen, ut arbitror, eorum æta-
m unus & idem eſſet corporis cultus. Quas
idem leges uſque adeo ad bene beateque
vendum conducere cenſuit, ut eas quo
uturnæ forent ab Apolline Delphico etiam
ſimulaverit accepiſſe, & civitatem jureju-
ndo arraverit, ne ex eis unquam quid de-
erent aut immutarent, donec iterum ad
pollinem reverteretur, quem conſulturus
meare. Mirabile dictu. Profectus eſt Cre-
m, ubi ſe ſponte perpetuo exulem fecit, &
enuo moriens ſupremo ſpiritu oſſa ſua pro-
ci juſſit in mare, ne his forte Lacædemoni-
m aliquando relatis putarent ſe cives jura-
ento ſolutos. Nec aliter ſenſiſſe Pythago-
m legimus, qui à Bruto in Italiam adve-
us eſt, quo tempore reges exacti fuere.
Nam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

Nam cum Crotonem laſciviis vacare aud
ſet, eo ſtatim properaſſe ferunt, ubi tanta
fiduitate concionari non ceſſavit ad pop
lum, tot rationibus ſuadere, in auro & pu
pura regnare luxuriam, & in ſerico fome
tum habere libidinem, ſic apprime matron
rum ornamenta docens honeſtatem eſſe,
omnium ſtudia ad ſummam pudicitiam co
verterit, & ad extremum clariſſimæ fœmin
promptis, & excitatis animis omnes aure
veſtes, cæteraque ornamenta laſciva, quaſi i
ritamenta luxuriæ abdicaverint, quæ omn
in Junonis phanum deportata, Deæ optim
fide conſecrarunt. Extant ne modo cauſæ
ut interrogas, cur noſtris matronis ornamen
ta vetentur? Extant profecto. Extant, Nan
ſi Romanis mulieribus, ſi Lacædemoniis,
Crotonienſibus, ut oſtenſum veriſſime eſt
pulchra, & in maximo precio ſemper pudi
citia fuit, & illius conſervandæ omnium un
& ſumma voluntas, quo vultu, quo temera-
rio auſu noſtræ, quæ Chriſtianum nomen
portant, quæ in ſacro baptiſmatis fonte ju-
rarunt, ſe diabolo, & pompis ejus nunquam
obtemperaturas, luxuriæ faces & ignita dia-
boli tela requirent? Pudet quidem, ſed di-
cam tamen. Mentiuntur illæ, ut vetera-
nus & expertus Hieronymus ait, quæ glo-
riantur ſe caſtitatem ſervare, & in veſtibus
lubricitatem oſtendunt. Nimis eſt demens &
fatuus, qui materiam præparans igni, non
vult ut ardeat. Hujus ſiquidem turpitudi-
nis impatiens divinus ſenex ad Euſtochium

vir-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

rginem ſcribens, in hæc verba prorumpit: nperfectiſſimus mulierum affectus, ſemper veſtibus, ſemper in auro, lapidibus & namentis extrinſecus gloriam ponunt. Non fficit eis libido innata naturæ, ſed occaonem quærunt explendæ libidinis, affeant proculdubio, ut oculi virorum aurum ontemplantes & gemmas, tandem figanır in faciem, ut oculorum ſuorum nutibus cilius incitent ad libidinoſum incendium. Quid meretrix communis gloriaris in marıritis, & gemmis? Quid ad te attinet arentum & aurum? Quid exaltaris in pulıritudine panni? Quid in te laudandum? Quid in te admirandum puerorum ſpectaulum? Nonne & ſi laudetur gemmarum ut metallorum præcioſitas, quam tibi naıra tradidit, ſemper tamen cognoſceris ciis, fœnum, & ſtercus immundum ex imaundo productum ſemine? Quod ſequiur, ex mirifica tua officina eſt, perinde ac nodo non parum incommodum, ita maxinum commodum affuturum, ſi priſtini culus reſtituatur arbitrium. Sic ais inter conuges non erit diſſenſio, non jurgia, non naledicta. Si uxores non elevabuntur in naritos, non clamitabunt, ut ſeſe viros inelligant, ut uxorum inſignia majoris æſtinent.

Ridiculum eſt ſane, ac mentis non bene onſciæ ferventes continue febres, quam remiſſiores & alternatim cum requie ſurrecentes magis optare. Ex his enim incolumita-

mitatem quamprimum ſperare ſolemus. E illis ſi quando ſubſequitur vita, præter ſpe evenit. Quis enim tam rerum expers, & mu liebris naturæ inſcius, qui aut experiment aut literis, aut trito rumore neſciat muli brem appetitum pertinacem fuiſſe ſempe & inſatiabilem, cui morbo nullo pacto, ni per Leges mederi poſſis? Si enim legibus a ſtrictæ erunt, eſto ſe arment in viros, omne ſuarum virium conatus effundant, latrent crinem & ora unguibus lacerent, pugnis ſ feriant; & poſtquam defeſſæ quieverint, ite rum atque iterum rabido ſpiritu arma capeſ ſant, tandem (mihi crede) velint nolint ali quando quieſcent. Nullus dolor eſt, quem longinquitas temporis non minuat ac mol liat. Si vero vos viri earum genio viventes, quod maximæ turpitudinis non erit immune, legem abolere curaveritis, & abolita fuerit, vos uxorum perpetuo viliſſima exiſtimate mancipia. Vos ego oro, veſtram obteſtor fidem, dicite quæſo. Quot anteactis temporibus noctes duxiſtis inſomnes, quot querelas, quot ſuſurramenta veſtræ perpeſſæ ſunt aures? Illa, inquiunt, ornatior procedit in forum, hæc in angiportu ſedens gemmas geſtabat in fronte. Alia longiorem pedibus trahit tunicam. Nonnullis in ſanctorum baſilica nudius tertius armilla & torques collum ornabat, nec ulli deerant arte laboratæ veſtes, & aurum in fila minutiſſima tremens. Sed ego heu miſera, incedo humili veſte, & ſqualido crine. Tibi parcat Deus mi vir. Neſcio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

tibi unquam tantam meam ignominiam
mittere poſſim,qui me cum ita agis incom-
ode,ut in publicum non auſim prodire cum
is. Et quod magis dolendum eſt mihi; me-
a non mediocri dedecore familiam afficis.
tarum agnomen habuit pater, clara nomi-
mater. In nobis autem hæc potiſſimum
ret vituperatio, ut tu cognomento voci-
ris avarus. Ego miſſella. Quoties te vidi
gito monſtrari, & mihi poſt tergum cico-
arum colla curvari; Hæc lamenta, hæc
nvitia & garrulæ quæſtiones aberunt, nul-
m argumentum, nulla ratio, nulla occa-
o, nullus denique locus erit querelæ,modo
x, modo decretum maneat ſemper invi-
um. Nam quemadmodum feros & indo-
itos equos cernimus ſuis fræno aſſentire
ſſoribus, & huc vel illuc arbitrio agentis
npelli, ita proculdubio uxores veſtras cla-
ſſimi cives, quæ ſolutis habenis moroſæ &
domitæ ſunt, adhibita lege morigeras vo-
is,ut ęquum eſt,& tractabiles invenietis,nec
lis rebus ſtudebunt, quæ, ne conſequi poſ-
ent,ademptæ ſunt. Debetis reminiſci etiam,
uot nobiliſſimæ familiæ, quot ampla patri-
nonia, quot inundantes opes in anguſtam
em devenerint, cum adoleſcentes ornamen-
orum gratia ſine maxima dote uxores duce-
e abnuant. Fit enim, ut qui plurimas forti-
us eſt gnatas, aut ſi nupſerint maneat inops,
ut dum magna hæc precia nequeat inveni-
e, ſpernantur filiæ, & dilatæ ſeneſcant, ut
as jam nubere pudeat amplius, quam libeat.

Nec

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

Nec parvi meo judicio æſtimare debetis u-
xorum ſalutem, quæ tam vario oneroſ-
que cultu quam facillime infirmitates incu-
runt.

Nam quæ hodie obligatis crinibus, gemm-
unionibuſque gravatæ inceſſerint, poſtrid-
volitante coma, ventoque permiſſa ſe oſten-
tare videbitis, eaſque ipſas modo nudas hu-
meros, modo clauſas, modo caudatas tun-
cas cum ſudore trahentes, modo ita leve-
& perlucentes, ut nudos pene expriman-
artus, quibus noxiis incommodis attritæ ne-
que interdum conceptus alunt, ſed arbor-
tivos projiciunt, eorum, qui naſci pote-
rant homicidæ, quæ ſi forte ceciderint ne-
que ſe tantum poterunt unquam explicare,
ut ſine ſublevante conſurgat. Quid amiſſio
temporis tanta? cum earum nulla, quæ
ita curet corporis cultum inveniri poſſit,
quæ etſi in eo ſemper ſit occupata, non et-
jam continue & ancillarum & puerorum ope
vehementer indigeat, Terentianumque illud
non impleatur in illa dum comuntur, dum
conantur annus eſt. Sed qualis ea deceptio
maritorum atque injuria? qui ſecum vel Ca-
millam quandam vel Partaſiliam deſponſaſ-
ſe putaverint, ubi calceos projecerit & ve-
ſtem undique bombice lanaque tumentem
exuerit, Simia Lybica Traceque Pygmæa vix
paulo majorem inveniant, quæ neque fœ-
tifica eſſe, neque laboribus prolis queat ſuf-
ficere: Igitur ne tanta patiamini incommo-
da cives, ſervate legem, comprimite uxo-
rum

m querelas, fortunis, ſaluti, tempori, frau-
buſque conſulite. Nec vos avocent ma-
rum conſilia, quæ, ut virus & communem
vitatis peſtem à veſtris moribus abdicate,
ofligate, propellite, ut apud bonos de vo-
s incorrupta ſemper maneat fama. Nec ar-
tremini legem ſervantes avaritiæ poſſe cri-
nari, ut ſe adverſarius acute diſputaſſe pu-
vit.

Nemo eſt ſi ſapiat, ſi ratione fruatur, qui
n dicat ita intemperantem eſſe, qui ſu-
rfluis indulget, quam qui neceſſariis de-
it. Virtus enim omnium philoſophorum
ntentia ſemper medium tenet, & ne quid
mis obſervat. Verum ne diutius ab tuis ar-
umentationibus noſtra deviet oratio, con-
ſiſti præterea innumeras pene fœminas,
uæ priſcis temporibus & hac noſtra tem-
ſtate pudicitia, fide, prudentia, fortitudi-
, conſtantia, liberalitate, pietate, literarum
ritia, & variis virtutum generibus clarue-
, & exinde tantum fœmineum ſexum di-
s promereri, ut novo ſub jugo mitti non
beant, verum ſuarum virtutum inſignia
tinere.

Latus quidem reſponſioni patet campus,
facilis aditus. Nam ſi ego à prima fœmi-
 repetens voluero cenſere, quot clades,
uot bella, quot everſiones ex fœminis e-
anarunt. Si earum ſpurce, perfide, ſtulte,
naviter, timide, crudeliter, rabide, vene-
e geſta denudare, nonne videbor lugu-
em texere tragœdiam? Nonne audien-
tes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

tes aures obturabunt? Quod ni ſatis expl
ratum haberetur, nunquam Catonem illu
Vticenſem dictitare ſolitum accepiſſemus.
Si abſque fœminis poſſet eſſe mundus, n
ſtra converſatio non eſſet abſque diis, que
non niſi vera locutum teſtatus eſt Hieron
mus, dicens: Nec quiſquam fœminarum ex
cratur ludibria, niſi luſus, & expertus, & co
ſcius pœnæ. Nunquam illud ad nos Salom
nis emanaſſet, qui à Cedro Libani uſque a
Iſopum diſputaſſe narratur, longe fac à fo
mina viam tuam, & ne appropinques foribu
domus ejus. Qui applicabitur illi, deſcend
ad inferos, & qui receſſerit ab ea ſalvabitu
Neque illud legeremus etiam, melior eſt in
quitas viri, quam benefaciens mulier. Qu
bus ſententiis & ſi fœminæ pro inſtauration
labentis mundi, ut late abs te ſuſceptum eſt
omnino neceſſariæ ſint; nihilominus ô bea
tiores, ſi extare ſine ipſis res humana potuiſ
ſet. Taceo earum amores, inſidias, conſpi
rationes, venena. Taceo originem peccati
orbis merſionem, & ſummam omnium pen
malorum ex illis fluxiſſe. Non ſum in eo oc-
cupatus, ut velim invehi in muliebrem natu-
ram, quam neceſſariam condere voluit Deus
hominum generi, ſed adverſus deceptricem
ornamentorum luxuriem noſtra ſunt arma,
in hoc cuneus, in hoc aries noſter inmittitur.
Vos igitur commonefacio nobiliſſimæ ma-
tronæ & caſtæ puellæ, ne arbitremini virtu-
tum veſtrarum, & præſertim pudicitiæ, præ-
mium poſſe eſſe varios ornamentorum cul-
tus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

us, quibus atrociorem pudicitia non ſuſtinet
oſtem, nec animorum corruptoribus contra-
ia differentibus aures accommodate. Eos de-
linate, ut Syrenum cantus Vlyſſem vitaſſe-
erunt. Pernitioſa ſunt hæc. Quis enim pro
ictoriæ præmio ſcorpionem, aut Cadmi ſer-
pentem, accipiet? Sapienti quidem & exper-
o credite. Alligabimus inquit ignem in ſi-
nu, & veſtimenta non comburentur? aut am-
bulabit quis ſuper carbones ignis & pedes
non comburet? Aucupium animarum pro-
culdubio & letalis arundo eſt mulierum cul-
tus. Virtus enim alia habeat præmia, alios
triumphos, proprium & peculiare virtutis
ſit glorioſa immortalitas, hæc ſuum munus,
hæc ſua merces, quam ſtatuit à principio
Deus ſanctis & impollutis mentibus quæ ſe
ab iis terrenis voluptatibus incorruptas, im-
maculataſque conſervant. Extranea quidem
& præpoſtera res eſt, cultus corporis inſignia
virtutum appellare, cum perditiſſimis quibuſ-
que & dejecti animi hominibus poſſit eſſe
communis, cumque illum virtutibus præditi
magis fugitent omnes, quam appetant. Quod
ſi eas probas duntaxat judicaveris, quas a-
bundantius aurum, & lautior cultus ornave-
rit, ni prorſus demens, ſaltem injuſtus rerum
æſtimator appellabere. Sicillæ, quæ pauper-
tate laborant, aut nullo pacto virtute polle-
bunt, aut omnino virtutum ſuarum præmio
ſunt cariture. Virtus ſui ipſius teſtimonio
contenta eſt, omnibus paret, omnes invitat:
non ſpernit regiam, non alta tecta, non exi-

gua

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

gua tuguria, non fori frequentiam, non ſtam ſolitudinem, & ut omnia brevi ſermo complectar juxta comicum illud: Virtu mibus rebus anteit. Omnia adſunt bo quem penes eſt virtus, non cæteras civitat non finitimos populos, quibus clarior ſit nonia his legibus, his retinaculis ſubjec eſſe, pergis affirmare. Debuiſſes prius callidus urbium explorator, tibi ante ocu ponere inclytam illam Venetorum Remp blicam latitudine imperii, diuturnitate lib tatis, numeroſitate civium, togatorum m jeſtate, navalium victoriarum gloria, magi rebus geſtis ampliſſimiſque fortunis toto o be celeberrimam, cui modo vix ulla Ital dignitas poſſit comparari, his legibus, l frenis pro ſua ſingulari, eximiaque virtut pro Chriſtianæ religionis decore circa m liebres cultus uſum fuiſſe, hiſque decretis i violabiliter integreque paruiſſe. Nec ill matronas, quæ vel equeſtris ordinis viro vel jureperitos ſortitæ ſunt, maritorum grat à lege ſolutas, ut te poſtremo perſtrinxiſ eſſe debere. Periculoſum ſane, nec abſqu multa ignominia reliquarum fœminarum nec parum à communi bono ſejunctum, quod cæteris omnibus eſt prohibitum, pe paucis concederetur.

Sat eſt inter nobiliſſimas & humiliori loc natas competens quædam, & ordinata di ſtinctio. Alia lata ex lege eſt patriciarum conditio, alia plebejarum, alia divitum, ali pauperum. Quid vis? Quid ulterius optas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

Nam licet legi aſtrictæ ſint, indulgens adeo
t ſpacioſa eſt, ut habenæ laxatæ videantur
d aures, quæ utinam rigidiores eſſent, ne
ro ſuperfluis ornamentis quod ſine dolore
icere nequeo tot doli, tot quæſtus, tot frau-
es, tot rapinæ parentum, ac virorum ani-
nis inhærerent, ne humanus denique ſan-
uis violentiſſime emungeretur. Quæ ma-
a præcavens Lycurgus ille, cujus antea men-
ionem fecimus, Spartanorum legibus mo-
uit matrimonia ſumma ſemper ſeveritate
oërcenda, nec pecuniam, ſed mulieres eli-
endas, ne unquam dotis confidentia abun-
antiora puellæ ornamenta requirerent, quæ
on poſſent aliquando ſine deteſtabili ſce-
ere viri comparare. Non ceſſas adhuc ma-
is ineptire. Legatum niteris adhortari, ut
egis abrogatione honori, & ſaluti conſu-
at, auctoritatem ſibi vendicet. Proch im-
nortalis Deus, quis honor tuus iſte, quo
utaſti auctoritatem turpitudine compara-
i? Sic apud te erit laudibus afferendus, qui
e inglorius eſſet, ſuperbum illud Epheſiæ
Dianæ templum redigit in cineres. Sic tuo
udicio Reginæ Semiramidis coëundi lex
rit ſuſcitanda, ſic Meſſalina laudanda. Nam
i Scipioni, in eo bello, quod contra
Numantiam geſſit nihil æque militum ani-
nos corrumpere, & vires enervare exiſti-
nans, quam laſciviam, fractamque mol-
iciem ſimul ac caſtra ex urbe rediens in-
greſſus eſt, omnia, quæ ad voluptatem in-
venta erant, è caſtris ejecit. Si eum ſecutus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

Metellus bello Jugurtino non minori ſeve
ritate uſus eſt in milites, quid agendum e
rit eccleſiæ Dei Cardinali, ut pudicitiæ, u
honeſtati, ut commodis, ut Chriſtianæ re
ligioni conſulat, cui præſit? Turpiſſimum
profectò eſſet, pace illius dixerim, ac gra
viſſima nota dignum, ſi ille ſegnius, qua
ad Chriſtianæ fidei ornamentum attinent
quam olim Romani Imperatores, quæ a
reipubl. amplitudinem, ſuſciperet & tue
retur, ac ſi cæteras ſuas divinas, innumera
que virtutes, quæ antea nunquam vel mi
niam perpeſſæ ſunt caliginem, modo tu
hortatu denigraret. Cur non magis pruden
tiſſimo illi ac ſacratiſsimo dicentem Eſa
jam proponis, Decalvabit Dominus verti
cem filiarum Syon & crinem earum nuda
bit, & auferet in die illa ornamentum cal
ceamentorum, & lunulas, & torques, mo-
nilia, armillas, & mitras, paliola, & ſin-
dones, & erit pro ſuavi odore fætor, pro
zona funiculus, pro criſpanti crine calvici-
um, & pro faſci pectorali cilicium. Quid
vero ornamenta jam poſsint ad ſcelus, ex-
emplo nobis eſt Thamar, quæ cum ſoce-
ri æſtuaret incendio, & horreret petere
facinus, niſi ſibi ornamentis aptius rata ex-
vit fuſcis viduitatis ſe veſtibus, & meretri-
cio cultu compoſuit, quo turpiſsimum coi-
tum eſt aſſecuta. Exemplo & clariſsima Ju-
dith, quæ de Olopherne Imperatore poten-
tiſsimo triumphatura non ſibi exercitum
numeroſiſsimum, non fortia tela, non fi-
niti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

itimorum opem cenſuit eſſe neceſſariam, erum tantum ornamentis tribuendum pu- avit : ut formoſiſſime compta atrociſſimi oſtis ſit anima capiteque potita, quæ ſumma incomparabilisque victoria quantum ornamentis ſit concedenda, teſtis fuit cunctus Bethuliæ populus, qui Hebræis laudibus decantavit. Vnxit faciem ſuam unguento, colligavit crines ſuos mitra, ad decipiendum Olophernem. Sandalia ejus rapuerunt oculos ejus, & pulchritudo illius captivam fecit animam ſuam, quaſi primum luxuriæ aucupium & irritamentum ſint ornamenta, cum prius raptis oculis, mens volutetur in crimen.

Non prætermittam reginam Heſter, quæ periclitantem populum apparatu regio & lautiſſimo cultu potuit liberare, & crucem Mardocheo paratam mutata regis ſententia in Aman, quem ſummo ſtudio rex prius amabat, transferre. Tantum enim cultui, qui humanos animos novit illaqueare, confixa eſt, ut capitalem pœnam, quam ſi quis irrequiſitus regem adiret, incurrebat, nullo modo ſit verita. Hinc illa ſummis laudibus efferenda Alexandri Macedonis conſtantia, qui devicto Dario Perſarum rege, cum ejus captivas haberet filias, videre omnino contempſit, inquiens turpe eſſe, qui viros viciſſent à mulieribus ſuperari. Non proinde meo arbitratu, quod fœminas nunquam videret ille, magis vero non ignorans quam molli dulcique aculeo ferire animum Regius &

Perſicus cultus facile potuiſſet. Verum qu
diutius exemplis inſiſto, cum hæc ornan
putrida tabes palam totum orbem videatı
inficere? Quamobrem, & ſi plurima nobi
ut ſpernantur ornamenta incitamento eſſ
videantur, duo tantum ex omnibus, ne lon
ga nimis texatur oratio, memoraſſe ſat eri
Sanctorum monita, ſcil. & præclara quæpian
cum ſuperiorum temporum, tum noſtræ æ
tatis matronarum exempla.

Non ignorans, ut à primo ſumamus ini
tium, ſanctus ille claviger Petrus, cui omni
ligandi atque ſolvendi poteſtas à Domino
credita eſt, quantum pudicitiæ, & bonis mo
ribus noceret venenatus mulierum cultus.
Non ſit extrinſecus jubet capillatura, aut
circundatio auri & argenti aut indumento-
rum veſtimentorumque cultus. Et Paulus
gentium dux cujus ſingula verba divina lex
eſt, ad Timotheum ſcribens, Volo inquit vi-
ros orare in omni loco, ſimiliter & mulie-
res in habitu ornato cum verecundia & ſo-
brietate, ornantes ſe non intortis crinibus
aut auro, aut margaritis, vel veſte præcioſa,
ſed quod decet mulieres, promittentes pie-
tatem per bona opera. Quæ cum ita ſint, li-
cet Roma ſuas fœminas, ut antea conceſſi-
mus, libertate donarit, non invenio ego ta-
men quo pacto, qua ratione, qua fiducia
nos qui puriſſima fide credimus cuncta no-
ſtra opera ſive bona ſive mala ante magni
Dei tribunal manifeſtanda, illos imitari
debeamus, nec vereamur Apoſtolorum an-
tiere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

eire mandatis. Suas igitur habeat Roma
aſcivias, habeant & quæ non ſperant crimi-
ıum pœnas, & præmia futura virtutum. Fœ-
ninæ ſibi verticem ornent, crinem è fronte
lemittant criſpantis, aut vento actas ma-
ıicas portent, ſtridenteſque calceolos pedi-
ous terant, purpuriſſo & ceruſſa ora perun-
gant, facies gypſo & niveo candore depin-
gant, omnia juvenum flammæ, & fomenta
ibidinum, ac corruptæ mentis indicia. No-
ſtrarum autem matronarum inſigne decus &
ornamentum ſint mores & virtutum ſtudia,
ne ſi fuerint extra compoſitæ & circumor-
natæ ut ſimilitudo templi Euangelicam il-
lam imprecationem illi audire contingat:
Væ vobis quæ ſimiles eſtis ſepulchris dealba-
tis, quæ extrinſecus auro & pictura relucent,
nterius autem ſunt plena cadaveribus pu-
tridis & oſſibus mortuorum. Nec dejectio-
res animos, quam illa Cornelia magni Sci-
pionis filia, T. Sempronii optimi civis uxor
Gracchorumque mater præ ſe ferant, quæ
cum campanam fœminam apud ſe hoſpitem
ſua corporis geſtientem ornamenta videre in
longam vario ſermone moram protraxiſſet;
tandem domum è ſchola redeuntibus libe-
ris: Et hic inquit ornamenta ſunt mea, ſic-
que mulieris ornatus curioſitatis fuit urba-
no ſermone deluſa. Putavit nobiliſſima ma-
ter ita ſuſcipienda matrimonia ut non in il-
lis quæratur veſtimentorum luxus, ſed ge-
neroſa ſoboles, & bene moratorum libero-
rum corona, quorum cauſa inventa ipſa res

 eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

eſt. Maturum jam arbitror, ut noſtra pudicitiæ vexilla ſolvamus, quo grandiore animo Bononienſes matronæ juſtiſſimam vobi impoſitam legem debeatis amplecti, agatisque, ut aliquando adverſarius intelligat, quantum pudicitia Bononia & moribus pręſtet, cui nihil fuerit pulchrius, nihil antiquius, quam ſui ſacratiſſimi præſulis, viri quidem in omni genere laudis excellentiſſimi obtemperare mandatis. Vobis inprimis illuſtrem, ac ſanctiſſimam Paulam pudicitiæ ſimul & fœcunditatis exemplar imitandam proponite, quam & ſi clariſſimam reddat, tum Gracchorum, tum Scipionum familia, per tot ducta viros antiquæ ab origine gentis, non minorem tamen illi gloriam ſingularis ejus pudicitia & admirabilis ſanctitas comparavit, cui mortuo viro nihil fuit potius, quam ſe ita humili ita contempto habitu dejicere, ut inauditum illi ſæculo fuerit humilitatis exemplum, cujus virtutibus nulla laus digna poſſit inveniri. Illam Bleſilla & Euſtochium inclyta ſua proles ſubſequuntur quarum alteri tantus fuit, non corporis, ſed colendi animi ardor, ut adhuc tenera ætate tantum ſtudiis impertita ſit operæ, ut nedum Græcam Latinamque linguam didicerit, verum etiam quod in Origene tota mirata eſt Græcia, brevi quidem tempore Hebraicæ linguæ difficultates vicerit & crepitantia confractaque verba ita concinne proferre didicerit, ut qui eam audiret, nil aliud præter Hebræam linguam ſcire putaret.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

Viginti annorum adoleſcentula viro de-
functo ornamenta reliquit. Pulla ſemper
unica, dum vita fuit, corpuſculum texit.
laneo uſa cingulo, & capitis compoſitio-
nem aſpernata, ſolum inter ancillarum & vir-
ginum choros dignoſcebatur, quod omnibus
dejectior & ſqualidior eſſet.

Tantum apud divum Hieronymum po-
tuit mira ejus virtus, & veræ humilitatis
ſplendor, ut dum in ejus funere Paulam pa-
rentem conſolaretur, his verbis ſit uſus: Dum
ſpiritus hos reget artus illam mea lingua
reſonabit. Illi mei dedicabuntur labores, illi
ſuadabit ingenium. Nulla erit pagina quæ
non Bleſillam reſonet. Hanc mea mente de-
fixam legent virgines, viduæ, monachi, ſa-
cerdotes & breve vitæ ſpacium æterna me-
moria compenſabit.

Altera vero ſuaviſſimus virginitatis flos
ab illis degeneraſſe videtur, quin omnibus
earum virtutibus virginitatem adjecit. Cu-
jus tantum Deo placuit incompta virgini-
tas, ut cum Hemetii ejus patrui imperio vir-
gunculæ incuriam non æquo animo feren-
tis, proteſtata uxor horridum cultum & ne-
glectum caput mundano more mutaſſet, il-
li nocte per viſum apparuerit Angelus ter-
ribili aſpectu infrendens hæc dentibus verba:

Neſariæ execrabiles manus tibi nunc ex-
areſcent ut tuo exemplo & præſentes & po-
ſteræ cautiores evadant fœminę, & facile per-
pendere queant, quam abominabilis Deo ſit
ornamentorum libido, & veluti non ſatis tuo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

cruciatu expiatum ſcelus, & maritum, & li-
beros repentino interitu perdes. Ceſſandum
eſt hoc loco, quando in extollendis hujus vir-
ginis virtutibus Ciceronis illa, aut Demo-
ſthenis jejuna & exilis pro magnitudine rei
eſſet oratio. Tot enim ac tantæ ſunt ut
me ne dixerim exornari, ſed enumerari vix
queant. Quid dicam de ſanctiſſima Mellania
quæ adhuc inhumato mariti cadavere gemi-
nos miræ expectationis & futuræ probitatis
filios amiſit, & ſiccis oculis ſolam crucem
aſtringens, omnia mundanæ ſtoliditatis or-
namenta calcavit? Quid de Demetriade vir-
gine, quæ cum legiſſet Heliam & Joannem
Baptiſtam, quorum alter igneo curru in cœ-
lum rapitur: Alter glorioſiſſima adveniente
Maria in utero matris exultat, camelorum
pellibus cinxiſſe hiſpida membra, inter lau-
tiſſimas menſas, inter eunuchorum ancilla-
rumque catervas, inter ſtrepentem, den-
ſamque familiam purpureas & præcioſas ve-
ſtes in aſperitatem humilis cultus mutavit, &
nuptiarum thalamum dedignata ſecum, in
virginitatis propoſitum plurimas traxit?
Quid de Liberata & Fauſtina ſororibus, qui-
bus veluti intonuiſſet de cœlo Dominus: E-
gredimini de cognatione veſtra & quieſcite
in terra, quam monſtravero vobis relicta ur-
be, & patre ſui propoſiti hoſte, ſuaviſſimum
fuit mira ornamenta, magnasque divitias
ſpernere, & conſtanti animo pauperes paupe-
rem crucifixum ſequi. Quid de Marcella cla-
riſſima, quæ de pingui patrimonio, ampliſſi-
mis-

niſque fortunis nunquam ſibi indulſerit, ni-
i quantum ab intemperie corpuſculum tuta-
i poſſet? Nec reticebo Thaidem nobile ſcor-
um, quæ cum omnes ſuas curas, cogitatio-
ıes, mentem denique omnem ad corporis
ultum contuliſſet, & ſummam fœlicitatem
n voluptate corporis collocaſſet, demum
Abbatis Panutii monitis revocata, omnes
ucos multiplices, ac precioſos ornatus in
ocum eminentem urbi in unum congeſſit,
lamansque, Ecce viri Ægyptii merces me-
ıs, animarum mearum deceptrices: Pereant
ıe cum illis pereamus, ſubjectis flammis
omnia optima fide concremavit. Non omit-
am nobiliſſimam Fabiolam, quæ uſque a-
deo ornamentis corporis ſpretis, animum
humilitate cæteriſque virtutibus decoravit,
ut non facile conſtituerim plus illa inculta,
an Q. Maximus toga, Fabiorum familiæ or-
namenti præſtiterit. Hunc unum cunctando
reſtituiſſe rempub. plenis buccis ſubſellia &
celſa capitolia reſonant. Quantum vero vi-
ventis Fabiolæ haberet Roma miraculi, Hie-
ronymi teſtimonio immortua demonſtravit.
Aut enim illius mirandas deſcribens exequi-
as: Hinc juvenum chorus, illinc ſenum, qui
carmine laudes fœmineas, & facta ferebant.
Non ſic Furius de Gallis. Non Papirius de
Samnitibus. Non Scipio de Numantia. Non
Pompejus de Ponti gentibus triumphavit. Il-
li corpora vicerant, hæc ſpirituales nequitias
ſubjugavit. Non plateæ, non porticus, non
imminentia deſuper tecta capere poterant

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

proſpectantes. Tunc ſuos in unum Rom
conſpexit.

Pergerem huic loco innumeras priſcæ ſan
ctitatis matronas conglutinare, ſummis lau
dibus ſummiſque admirationibus dignas
quæ vobis acutiſſimum ad abundantioris cul
tus contemptum calcar incuterent.

Verum ne arduum vobis fortaſſe appare
at cum antiquitate certare, ex eis nonnul
las, quas noſtra hæc tempora nobis attule
re, potius adducendas cenſui, quarum ex
emplis earum animi, quæ ad virtutem nata
ſunt, excitati, virtutis decore laſciviam floc
ci faciant, atque rejiciant. Habuit Mantua
Paula Gonzagam illuſtrem fœminam uni-
verſa Italia celeberrimam, quam ſi dixero
corporis cultum contempſiſſe, omnem ſuam
rem in ædificandis inſtaurandiſque delu-
bris, in pauperum Chriſti neceſſitatibus, in
locandis nuptuique tradendis virginibus,
quæ quidem maxima ſunt, erogaſſe, ſi nihil
unquam illam omiſiſſe, quod ad veram hu-
militatem, culmenque virtutis conducat, ſi
omnis denique ingenioli mei vires in ejus
laudibus expendam, parum dixiſſe me pro-
fecto ſemper agnoſcam. Primam Paulam,
cujus modo mentionem fecimus, imitata
Cæciliam virginem ſuam filiam literarum
peritiſſimam ſuo educatu ſuaque imitatio-
ne ad tantam ſæcularium ornamentorum,
ut ita dixerim, nauſeam perduxit, & ad reli-
gionem inflammavit, ut apud patrem pri-
mum Mantuæ Marchionem vincere ejus
propo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

ropoſitum cupientem, cauſam conſtantiſ-
ime agere non ſit verita. Baptiſtam inſignem
Ariminenſe ſolum habuit ſingulari humili-
ate, pariter & literarum ſtudiis præditam,
quæ adeo animi ornamenta corporalibus
prætulit, ut nihil unquam prætermiſiſſe viſa
it, quod ad principis, aut præſentis, aut fu-
uræ decus, & ornamentum ullo pacto po-
uerit attinere. At cæteris ſuis rebus geſtis
omiſsis, invenio illam etiam vivente viro
aedum humili habitu inceſsiſſe, verum cæ-
eras concives & populares hortatu ſuo im-
perioque temperatiſsimis ornamentis, bre-
viſsimiſque veſtium caudis uſas fuiſſe. Iis fra-
grantis virginitatis parentem advectam no-
bilem Margaritam Joannis Feruffini jurepe-
riti, & equeſtris ordinis conjugem, quæ hac
noſtra tempeſtate Mediolani claruit. Illam
ſi abjectam & incultam duntaxat edixero,
videbor dum rei noſtræ conſulo, minimam
virtutum ejus partem attingere, quæ tam-
etſi illi populoſiſsimæ Civitati, honeſtatis
prodigium pene fuerit, non minorem ta-
men in pignoribus ſibi famam vendicavit.
Sic enim præter naturam reliquarum pa-
rentum filiarum monilia, & præcioſa or-
namenta literas putavit, ut plurimas quas
matrimonio adepta fuerat gnatas ita latina
& græca lingua dotaverit, ut virguncula-
rum ingenia, epiſtolas, interpretationes, &
elegantiam omnes laudarent, mirarentur-
que Inſubrium & Liguriæ populi. Operæ
precium erat; ſpectare puellas humili ha-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

bitu virginalique verecundia rubentes oculis in cœlum tentis, tum Græco, tum Latino ſermone Pſalmos Chriſto Jeſu, & virgini Matri decantare, horis ſtatutis ſilentio uti, ſuum quamquam oraculum diſtinctum habere, inter ſe acutiſſime de interpretationibus peregrinæ linguæ contendere, Pythagoricas ac Socraticas in teneris pectoribus verſari ſententias, quas omnes vernantes paradiſi roſas, ne peſtilens aura corrumperet, cum clariſſimis parentibus parvula quidem interjecta mora, ſummus rerum ſpectator ad ſe glorioſa morte contraxit.

Nequeo omiſſas facere Corneliam Turrenſem & Iſotam Nogarolam conterraneas meas, quarum cum reminiſcor, plurimum lætor. Sic & Apollodorum Erithreum de Sybilla concive ſua plurimum gloriatum ferunt. Harum prima cum fuiſſet diutius matronarum Veronenſium corona, & ſingulare decus, ad extremum majori animo impetrato divortio, adhuc vivente viro, divino ſe cultui perpetuo mancipavit.

Altera vero virginitatis lilium & eloquentiæ flumen, quam merito ipſi Hortenſiæ poſſum comparare, ſpretis calcatiſque terrenis illecebris humilima veſte contenta, totum literis ſacris dedicavit ingenium. Illis ſeſe oſtentat, illius continue ſacra volumina terunt genua, nunquam de manibus exeunt Aurelii divi aut Hieronymi libri. Difficilia fortaſſe iſta & laborioſa quis dicet quæ rariſſime modo videantur attingere:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

ſolite animo labi optimæ matronæ. Eas
ræclariſſimas fœminas omni ex parte per-
ectas, ſi non æquare, ſaltem imitari ne pi-
eat, & ita imitari, ut videamini pudicitiam
mnibus rebus anteponere, Divinam legem
bſervare, & potentis Dei ultionem vereri.
ic vos rogant ſacrarum virginum chori, &
mnes matronarum cœleſtium ordo. Sic
eſter præſul, ſic civitas tota. Date hoc illis,
uæ ſedulo pro vobis orant. Date præſuli,
late patriæ, ne veſtrorum criminum pœnas
uat, & aliquando ad vos converſa mœſtiſſi-
nas voces emittat, divinis cæſa, & attrita fla-
gellis: Tu vero ſapientiſſime præſul religio-
orum decus & gloria, ad quem veluti ex
onga peregrinatione lubens tandem, lætuſ-
que revertor, ſi juſtiſſimam hanc legem,
quam tuliſti, curaveris integram ſemper in-
violatamque ſervari, tantam tibi gratiam a-
pud Bononienſes comparabis, quantam an-
tea nunquam; quæ & ſi nunc gravis quibuſ-
dam ſit atque moleſta, brevi tamen cum
tuam in ſe charitatem intuebuntur, mol-
lis, dulciſque reddetur. Morbo laboran-
tes medicum ſæpenumero deteſtamur, con-
vitiis, probriſque laceſſimus, quem eundem
convaleſcentes non parvo honore proſequi-
mur. Nullum enim de bene meritis tuis
erga illos, licet multa ſint, vel majus cha-
ritate, vel utilius correctione. Poſteri, ad
quos tua fama devenerit, cum viderint ci-
vitatem pudicitia boniſque moribus flore-
re, nec quicquam unquam tibi tantæ

curæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

curæ fuiſſe, quantæ fuerit Dei optimi hono
& illius augendi voluntas geminas tendent
ad ſydera palmas tibi gratias agent, & futu
ri temporis eris ſemper commendatione vi
ćturus, nec tuis laudibus ulla unquam æta
finem imponet. Tanta eſt egregia tua & apu
omnes laudata conſtantia. Tanta eſt religio
tanta animi rectitudo atque modeſtia, u
quam diutius tecum immorer, majorem e
in me diffidentiæ notam legentes interpreta-
ri queant. Quare mihi modum imponen
tuam dominationem exoratam cupio, u
pro ſingulari ſua, ingenitaque virtute hone-
ſtiſſimam hanc honoris pudicitiæque defen-
ſionem læta ſuſcipiat, & ſanctam ſuam le-
gem curet fore perpetuam. Dixi.

LVPA-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

LVPANARIA ATQVE ADEO ARS MERETRICIA,

Quibus initiis atque ſucceßibus primitus conſtent.

SICVT apud Ægyptios primos religionum autores neminem olim ſacerdotem fieri licebat, qui Priapi ſacris non prius initiatus fuiſſet, ſic hodie quoque adhuc receptum eſt, ut carens teſtibus Pontifex eſſe non poſſit, prohibeanturque ſpadones, eunuchi, & caſtrati in ſacerdotes ordinari, palamque videmus ubicunque ſunt magnifica iſta templa, & ſacerdotum monachorumque collegia, ut plurimum in proximo eſſe lupanaria, quin & plurimę monialium & veſtalium ac beguinarum domus privatæ quædam meretricularum fornices ſunt, quas etiam monachos & religioſos (ne diffametur eorum caſtitas) nonnunquam ſub monachali cucullа, ac virili veſte in monaſteriis aluiſſe ſcimus, viſum eſt non propter ordinem de arte meretricia ſermonem hic ſubnectere, quam equidem ad bene inſtitutæ reipublicæ rationem non ſolum utilem, ſed & neceſſa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

riam eſſe plerique ſapientiſſimi arbitrati ſu[...]
Nam Solon ille magnus Athenienſium l[...]
giſlator, atque unus de ſeptem ſapientib[...]
Apollinis oraculo judicatus ſit (teſtes ſu[...]
Philemon & Menander) emptas juventu[...]
meretriculas comparavit, & primus Veneri
Pandemi templum ex proſtitutarum capt[...]
ris dedicavit, lupanariaque inſtituit, leger[...]
ſancivit, immunitate etiam meretricibus co[...]
ceſſa roboravit. Tantæ quoque reverentiæ ha[...]
bitæ ſunt meretrices in Græcia, ut cum Pe[...]
ſes in Græciam expeditionem faceret, Co[...]
rinthiæ meretrices, pro ſalute Græciæ i[...]
templo Veneris ſupplicarent.

Mos quoque is erat apud Corinthios, u[...] de re magna ſupplicaturi Veneri, meretricibus id committerent. Meretricum templa conſtructa plurima apud Epheſum, & aliud celebre ædificarunt Abideni, quod libertatem ſibi ademptam meretricis opera recuperarunt. Ipſe præterea ſapiens Ariſtoteles non etiam dubitavit meretrices divinis honoribus dignas, quando Hermiæ pellici ſicut Eleuſinæ Cereri ſacra fecit. Inventum autem hujus artis Veneri tribuitur, quæ idcirco etiam inter deas relata eſt. Hæc enim impudica omnibuſque proſtituta libidinibus, autor mulieribus in Cypro fuit, ut vulgato corpore quæſtum facerent: unde apud Cyprios, narrante Juſtino, mos inolevit, ut virgines eorum ante ſtatutas nuptias in queſtum ad littus maris proſtituerent, dotem lucraturas, & pro reliqua pudicitia Veneri libamenta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

ıenta ſoluturas. Apud Babylonios etiam teſte Herodoto) conſuetudo fuit, ut qui em domeſticam conſumpſiſſent, filias ſuas digerent ad quæſtum corpore faciendum. ′erum Aſpaſia Socratica meretrix univerſam Græciam, ut ſcribit Athenæus, meretricibus implevit: ob cujus amorem, ejuſue miniſtras, à Megarenſibus raptas ait Aſtophanes, bellum Peloponeſiacum à Peicle ſuſceptum. Extulit autem hanc meretricandi artem permultum Imperator ille Ieliogabalus, qui (ut teſtis eſt Lampridius) ıpanaria domi amicis, clientibus & ſervis xhibuit, convivia dedit ad viginti duo ferula ingentium epularum, ſed ut per ſingua convivæ coirent & lavarent: juramentoque adigebat, quod voluptatem hanc perfierent: ſæpe etiam meretrices à lenonibus unctis redemit, & manumiſit: è quibus meetricem quandam notiſſimam, & pulcherimam triginta argenti libris redemiſſe legiur, fertur & una die ad omnes circi, & theari, & amphitheatri, & omnium urbis locoum meretrices ingreſſus & ſingulis aureum lonaſſe. Aliquando etiam omnes de cir:o, de theatro, de ſtudio, & omnibus locis & alneis meretrices collegit in ædes publi:as, & apud eas concionem habuit quaſi nilitarem, vocans commilitones, diſputavitque de generibus ſchematum & voluptatum, poſt concionem pronunciavit is quaſi militibus ternos aureos donativum.

Etiam

Etiam matronis Romanis meretricari v[illegible]
lentibus non ſolum impunitatem, verum e-
jam immunitatem conceſſit ſalariaque [illegible]
publico ærario meretricibus ſtatuit. Etia[m]
ſenatus conſulta quædam amatoria & m[e-]
retricia ſive futuatoria invulgavit, eaque [...]
nomine matris ſive conjugis ſuæ Semiram[i-]
da juſſit appellari, inſuper & genera quæda[m]
libidinum adinvenit, quibus etiam Cyren[æ]
meretriculæ (quod Dodeca mechana, quo-
niam in Venereo uſu duodecim excogitaſſ[et]
modos, quibus jus cenſori jucundius redd[e-]
retur libidinis proluvium cognominata e[ſt]
numeros ſuperaret, ac veteres omnes Trib[a-]
des, Hoſtias, Aphias, Spintrias, Caſalvada[s]
Caſaritas, Proſtibulas, cæteraque Scortill[a]
vinceret. Tranſeo Samſonem populi Dei ju-
dicem, qui non niſi ſcorta duxit uxores, a[c]
Salomonem Judæorum Regem ſapientiſſi-
mum, qui greges meretricum pene innume-
rabilium habuiſſe proditur: quin & cum Cæ-
ſarem dictatorem virum ſtrenuiſſimum han[c]
ob cauſam, omnium mulierum virum nun-
cupatum: tum & Sardanapalum Babylonio-
rum monarcham, cæteroſque innumero[s]
meretricum potentiſſimos patronos: ipſe et-
jam Proculus Imperator in hac arte non po-
ſtremam gloriam reportavit, qui (ut teſtatu[r]
ejus ad Metianam epiſtola) ex captis centum
Sarmaticis virginibus decem prima nocte ini-
vit, omnes autem intra quindecim dies con-
ſtupravit.

Reliquum vero non parum hanc artem or-
narunt

arunt Sappho poëtis Phaonis adamatrix & .eontium Metrodori ſcortum in philoſophia ruditiſſima adeo ut adverſus Theophraſtum ontra conjugium pro tuendo meretricatu ibros ediderit. Accedit iſtis Sempronia Grę-e & Latine elegantiſſima. Nec prætereun-la hic eſt Leæna Ariſtogitonis Athenienſis robatiſſimæ fidei ſcortum, quæ torta à ty-annis ut amicum proderet, tormenta omnia um conſtanti ſilentio perpeſſa eſt. Nobilita-unt præterea hanc artem Rodope meretrix, Æſopi fabulatoris conſerva quondam & con-ubernalis, quæ tantas opes meretricio quæ-tu conſecuta eſt, ut inter mundi ſpectacula ertiam ordine condiderit pyramidem. Sequi-ur hanc Thais Corinthia, quæ prærogativa pulchritudinis inſignis, regum duntaxat & principum dignabatur amplexus. Maxime vero hanc artem extulit Meſſalina Claudii Cæſaris uxor, quæ Lupanaria circumiens, et-iam ancillam nobiliſſimam è proſtitutis ſupe-ravit & laſſata viris ſed non ſatiata receſsit. Quibus adjungere poſſemus ex recentiore memoria quaſdam ſi nuncupare eas tutum foret, quamvis vulgata fama notiſſimæ ſint, hoc ipſo tamen à cæteris meretricibus diſcre-tæ, quod contra Heliogabali legem non in publicis lupanaribus, ut Meſſalina illa impe-ratrix ſed intra limina clancula coëunt, & quaſi per inſidias meretricantur.

Adſcribamus liceat etiam Octaviani Au-guſti, utranque Juliam filiam & neptem, tum & Populeum & Cleopatram Ægypti regi-nam,

nam, & alias nobiliſſimas meretrices: qui etiam Semiramidis monarchæ & Paſiphæ vetuſtiſſima libidinis exempla, quarum hæc tanta libidine ardebat, ut non modo filium proprium in complexum ſolicitaret, ſed etiam equum uſque ad coïtum adamarit: illa vero Minois regis uxor ſe tauro ſuppoſuerit. Nolumus autem hoc loco illuſtrium meretricum catalogum edere; ſed illud prætereundum non eſt, meretricios & adulterinos concubitus germinaſſe nobis ſplendidiſſimos heroas, puta Herculem, Alexandrum, Iſmaëlem, Abimelech, Salomonem, Clodoveum Francorum regem, & Theodoricum Gothum, Quilermum Normannum, Raymirum Aragonenſem, tam levia habentur penes eos matrimonii jura, ut pro libito deſponſatas, juſtas, veraſque uxores repudient, mutent atque permutent, ſimiliter & filios filiaſque tot nuptiis, & ſponſalitiis copulant & recopulant, ut neſcire cogamur, ubi verum cohæreat illorum matrimonium. Exempla hujus plura ſuppetunt, ſed pauca, quæ à proximis annis ſeſe offerunt, pro omnibus ſatisfaciunt. Nonne Ladiſlaus Polonus accepta in uxorem Beatrice, cujus nutu Hungariæ regnum attinuit, tandem repudiata illa ſuperinduxit aliam ex Galliis pellicem. Nonne Carolus Octavus rex Francorum, rep udiata Margareta Maximiliani Cæſaris filia, illius ſponſam rapuit, & uxorem ſibi copulavit? quam eandem poſtea Ludovicus duodecimus, repudiata ſua, ſibi conſimili thoro conjunxit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

junxit, conſentientibus iſtis & adjurantibus regni Epiſcopis & Pontificibus, quibus viſum eſt pluris facienda jura acquirendæ Britanniæ, quam jura obſervandi legitimi matrimonii. Et hodie adhuc neſcio cui regi perſuaſum audio, ut liceat ſibi jam plus viginti annorum uxorem dimittere & nubere pellici. Sed ad meretrices revertendum eſt, harum artes qui noſſe velit, videlicet quo ritu ſuam proſtituant pudicitiam, qua oculorum laſcivia, quo nutu faciei, quo corporis geſtu, quibus ſermonum blanditiis queis impudicis contrectionibus, quo exteriore habitu ac fuco ſolicitent corruptores, cæteraſque meretriciæ artis vafricias, illices, laqueos, ſtratagemata, apud comœdiarum Poëtas hæc requirat. Qui autem ſcire cupit, quo ritu, quo delinimento, quo contuitu, quo affatu, quibus baſiis, quibus ſuaviis, quibus contractibus, quibus appreſſiunculis, quibus affrictionibus, quibus luctis, quo accubitu, quo conſtrictu, quibus motibus, quo impulſu, quo exceptu, quo receſſu, qua Veneris protelatione, qua reciprocatione, qua inſtauratione meretricius ludus ſit explendus, in medicorum voluminibus traditum inveniet. Scripſerunt præterea libros de meretricibus Antiphanes, Ariſtophanes, Apollodorus, Calliſtratus: particulatim vero Laïdis meretricis laudes conſcripſit Alcidamus. Scripſerunt propterea de fornicariis amoribus tam Græci, quam Latini, Gallimachus, Philotes, Anacreon-

tes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

tes Orpheus, Alceon, Pindarus, Sappho, Ti bullus, Catullus, Propertius, Verg. Juvenal Martia. Cornel. Gallus, & multi alii non tam poëtarum quam lenonum officio functi: ſed hos omnes vincit Ovidius in epiſtolis heroicis & ad Corynnam dictatis, maxime vero de arte amandi, aut quem verius de arte meretricandi aut lenocinandi intitulaſſet, ob quorum editionem qui juventutem impudicis documentis corrumpiſſet, ab Octaviano Augusto in meritum exilium ad Getas uſque relegatus eſt. Ipſe etiam Archilochus Lacedæmonius olim omnes amorum libros juſſit excremari: & tamen hæc ars hodie à nobis adhuc legitur, & ludimagiſtri hanc ſuis prælegunt diſcipulis, & editis in eam ſceleſtiſſimis commentariis exponunt: quin & extat ſub titulo Cortoſanæ Italica lingua editus, ac Venetiis typis excuſus de arte meretricia dialogus, utriuſque Veneris omnium flagitioſiſſimus, digniſſimus qui ipſe cum autore ſuo ardeat. Prætereo hic & conſulto quidem, cinædum & pediconum deteſtandam libidinem referre, etſi illam magnus probet Ariſtoteles: ac Nero Imperator publico toro honeſtavit, quo tempore Paulus Apoſtolus ſcribens ad Romanos indignationem omnipotentis Dei illis indicit. Pluet enim ſuper eos Dominus laqueos, ut non effugiant ignis & ſulphur, & ſpiritus procellarum pars calicis eorum. In hos jubet Imperator inſurgere leges, & armari jura, & exquiſitis pœnis ultore gladio pœnam irrogari capitalem, ſed ho-

dic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

lie igne exeremuntur : quam Moyſes in legi-
bus ſuis crudelibus ſuppliciis extirpandam
cenſuit : & Plato à ſua republica expellit, &
in legibus damnat. Antiqui etiam Romani
hanc (teſte Valerio & aliis) ſeveriſſime pu-
nierunt. Exempla hujus fuerunt Q. Flam-
minius , atque tribunus ille à Cœlio occiſus:
ſed nos honeſtis auribus parcentes, ab hac
monſtroſa libidine, & brutali ſpurcitia ad me-
retrices redeamus.

Siquidem omnibus hæc libido infeſta eſt
& non eſt qui ignem illius aliquando non ſen-
ſerit : ſed aliter uruntur fœminæ, aliter viri,
aliter adoleſcentes, aliter ſenes, aliter plebei,
aliter proceres, aliter pauperes, aliter divi-
tes : quodque mirabilius en pro nationum &
terrarum varietate, aliter Itali, aliter Hiſpa-
ni, aliter Galli, aliter Germani, ita libidinis
incendio, pro cujuſque ſexus, ætatis, digni-
tatis, fortunæ atque nationis differentia ſibi
varios inſaniendi ritus deligunt : virorum a-
mor ardentior, ſed fœminarum pertinacior:
amor juvenum laſcivus eſt, & ſenum ridicu-
lus : placere ſtudet pauper obſequio, dives
muneribus, plebei conviviis, proceres pompa
& ludis. Adoritur pathicam ingenioſus Ita-
lus diſſimulato ardore, quadam adornata la-
ſcivia, illamque editis laudat carminibus, o-
mnibuſque præferens extollit ſi potiatur :
Zelotypus illam perpetuo recludit, ac veluti
captivam obſervat : ſi amore fruſtatus de re-
cuperanda pathica deſperaverit, ad maledi-
cta converſus illam infinitis convitiis dete-
ſtatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

ſtatur. Præceps Hiſpanus, ardoris impatiẽs,
furibundus irrequieta laſcivia irruit, miſe-
bilibuſque lamentis incendium ſuum dep-
rans, pathicam invocat & adorat: ſi potius
fuerit, tandem aut ſatiatus ad mercedm
proſtituit, ſi frui deſperare cogatur, ſeipſu
excruciat, ut mori deſtinat. Laſcivus Gal
obſequio nititur, cantibus & jocis pathica
oblectat: ſi capitur Zelotypia, mœſtus lug
ſi fruſtratur, laceſſit contumeliis, vindicta
minatur vimque intentat: ſi potitus fuer,
tandem negligit, & aliam urit. Frigid
Germanus lente inardeſcit: accenſus ar
inſtat, & donis provocat; Zelotypus liberal-
tatem continet, fruſtratus contemnit, pot
tus refrigeſcit. Fingit ſeſe amare Gallus. A
dorem diſſimulat Germanus. Amatum ſe
ſibi perſuadet Hiſpanus. Amare neſcit abſqu
zelotypia Italus. Amat jucundam, licet d
formem Gallus. Præfert pulchram, licet ir
ertem, Hiſpanus. Mavult timidulam Italu
Cupit audentiorem Germanus. Fit è ſapien
te ſtultus pertinaciter amando Gallus. Re
bus omnibus amando profuſis è ſtulto tan
dem, ſed ſero, fit ſapiens, Germanus. Ob pla
cendæ amatæ deſiderium magna aggredi-
tur Hiſpanus; ut amata fruatur, maxima
quæque contemnit Italus. Quin hujuſmo-
di amorum libidinumque paſſionibus irre-
titi etiam maximi viri multa præclara faci-
nora ſæpiſſime negligunt: & poſt terga re-
linquunt. Cujuſmodi quondam in Ponto
Mithridates, in Capua Hannibal, in Ale-

xandria

andria Cæſar, in Græcia Demetrius, in Æ-gypto Antonius. Ceſſat olim ab opere Her-cules propter Iolem, Achilles pugnam de-trectat propter Briſeidem, moratur Circe Vlyſſem, moritur in carcere Claudius pro-pter Virgineam, retinetur Cæſar per Cleo-patram, eademque exitio fuit Antonio. Produnt ſacræ literæ propter fornicationem filiorum Seth cum filiabus Cain prope uni-verſum humanum genus diluvio extinctum. Propter fornicationis impetum deletę ſunt Sichem & domus Emor, & pene tota do-mus Benjamin: populus Iſraël propter for-nicationem externarum fœminarum quo-ties percuſſus eſt, & in ſervitutem datus? Jamque propter unius David regis adulte-rium quanta ſtrages peſte, fame & gladio facta eſt? Propter fornicarios amores fœ-minarumque raptus Thebani, Phocenſes, Circei expugnati atque deleti ſunt, ipſum-que (ut diximus) Peloponeſiacum bellum à Pericle ſuſceptum eſt, ac decennali bello expugnatum Illium, maximo totius Grę-cię atque Aſię detrimento. Similes ob cau-ſas Tarquinius, Claudius, Dionyſius, Han-nibal, Ptolomęus, M. Antonius, Theodo-ricus Gothus, Rodoaldus Longobardus, Gildericus Francus, Advincelaus Bohe-mus, atque Manfrodus Neapolitanus mor-tem & patrię ruinam paſſi ſunt. Propter Canam Juliam Tingitanę provincię prę-fecti filiam per Rodericum regem ſtupratâ pulſis Gothis Saraceni omnem Hiſpaniam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

occuparunt. Henricus II. Anglorum rex ſtupratam nurum ſuam Philippi Francor regis ſororem à filio ſuo regno pulſus e. Propter virorum fornicationes indignatæ xores Clytemneſtra, Olympia, Laodice, Beronica, Frigiobonda & Blancha aml Francorum reginæ, & Joanna Neapolitar, & pleræque aliæ maritos occiderunt. Eade cauſa Medeam, Prognen, Ariadnen, A theam, Heriſtillam materno amore in odiu verſo in crudelem filiorum cædem adegit. poſteris temporibus multæ adhuc mulier maritorum ſtupra in natos filios vindicarun atque ex mitiſſimis matribus crudeliſſim Medeæ & furibundæ Altheæ & impiæ Her ſtillæ factæ ſunt.

Quibus artibus lenones atque lenæ (hominum ge nus ſceleratiſſimum) furtivos congreſſus pro moveant?

CUM lenonum & lenarum ſuaſu, conſi lio & opera committant meretrices & ſcortatores ut plurimum ſcelera ſua, non ab re me facturum arbitror, ſi ipſam lenocinio rum artem proſequar. Nam ſicut meretri catio ars eſt proſtituendæ propriæ pudici tiæ, ſic lenocinium ars eſt oppugnandæ & proſtituendæ pudicitiæ alienæ: quæ tanto quidem major eſt meretricia, quanto ſcelera tior: tanto potentior, quanto ipſa res plu rimum ſatellitio conſtipata: tanto autem per niciosior, quanto ipſa plures cæterarum ar tium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

um & ſcientiarum diſciplinas amplectitur, uos aranearum inſtar irrepens, quicquid in ngulis artibus & diſciplinis uſpiam eſt vene-i; id totum è ſingulis haurit, inde ſuadela ontexens; non quidem quales aranearum elæ, quæ demiſſis auribus non niſi muſcas apiunt, nec etiam cujuſmodi illa venatorum ngentia retia, quæ grandiores belluas reti-ient, puſillas aſtutiores beſtiolas elabi ſinunt: ed vincula nectit tam fortia, tamque ſolida, it nulla puella, nulla mulier tam ſit ſimplex ive prudens, tam conſtans ſive pertinax, tam verecunda, ſeu timidula, tam potens, ſive puſilla, ſi ſemel aures præbeat lenæ, non il-ico capiatur & hæreat. Aſtutia vero ea eſt quam nulla vincit muliebris prudentia, à quarum tendiculis nulla puella, nulla matro-na, nulla vidua, nulla Veſtalis evadat inde-mnis. Cujus inermis militia plurium mulie-rum pudicitiam proſternit, quam ullus un-quam quantumcunque maximus exercitus. Illius technæ, fraudes, doli, verſutiæ, aſtus ejuſmodi, quæ tradere nullus ſtylus ſuffi-ciat, nullum æquare poſſit ingenium. Cum-que hæc ars plurimos utriuſque ſexus habeat profeſſores, tamen paucos admodum con-ſummatos dedit magiſtros: Nec mirum. Nam licet tot ſint lenociniorum genera, quot artium & diſciplinarum, idcirco abſque o-mnium cognitione perfici non poteſt. Opor-tet ergo perfectum & conſummatum leno-nem lenamve omniſcium eſſe, nec ad unam ſolam diſciplinam velut ad arcticam ſtellam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

tantum reſpicere, ſed omnes amplecti, en
artem profeſſus cui cæteræ omnes diſcipli
ſerviunt & famulantur. Eſt enim certa qu
dam omnium ſcientia ſcientiarum ſervis
lenocinio famulantium: Nam huic inprim
Grammatica ſcribendi & loquendi diſcipli
amatorias largitur epiſtolas, illasque effic
amatoriis ſalutatiunculis, præfatiunculis, l
mentatiunculis, allectatiunculis, dictare d
cet: quarum exempla pleraque ex recenti
ribus Æneas Sylvius & Jacobus Caviceus,
plerique alii reliquerunt. Verum eſt alia qu
dam Grammaticæ ratio, de modo occul
ſcribendi, ceu de Archimede Syracuſano leg
mus apud Aulum Gellium, de quo artifici
ante paucos annos ſcripſit Trithemius Abb
Spanheimenſis duo ingenioſa volumina
quorum unum nuncupavit Polygraphiæ, a
terum Steganographię: in quo poſteriore tan
ſecuros ſecretoſque ad quantamcunq; etian
diſtantiam explicandi animi ritus modoſqu
tradidit, quibus nec Junonis omniſcia Zelo
typia, nec Danai arctiſſima cuſtodia queat re
ſiſtere, nec quæ omnia pervidens centocul
Argi vigilantia queat explorare. Ars profecto
non tam neceſſaria regibus quam lenonibu
& amantibus omnium commodiſſima.

Succedit huic proxime Poëſis, quæ ſuis la-
ſcivis rythmis atque fabulis ac amatoriis
bucolicis, epigrammatibus, epiſtolis, &
præceptiunculis, comœdiis, atque ex peni-
tiſſimis Veneris armariis depromptis laſci-
vis carminibus lenocinio functa, pudici-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

am omnem ſubvertit, ac adoleſcentiæ
onam indolem moreſque corrumpit, un-
è Poëtæ inter lenones principatum fere
btinuerunt, è quorum numero apud pri-
cos peritiores extitere illi, quos ſuperius in
rte meretricia nuncupavimus, Callima-
hus, Philetes, Anacreontes, Orpheus, Pin-
larius, Alcæmon, Sappho, Tibullus, Catul-
us, Propertius, Virgilius, Ovidius, Juvena-
is, Martialis; & hodie ſunt adhuc Poëtæ qui
eſtilentiſſima carmina ſcribunt. Poſt iſtos
ero non infimum inter lenones locum ſibi
endicant Rhetores fraudulentarum blan-
litiarum & perſuaſionum artifices, illaque
lenarum feliciſſima, cui propitia eſt dea
Suadela. Superiorem tamen iſtis locum poſ-
ſident hiſtorici, illi præcipue, qui amatorias
llas hiſtorias contexuerunt, Lancelloti,
Triſtamii, Eurealis, Pelegrini, Calliſti, & ſi-
milium, in quibus fornicationi & adulte-
riis à teneris annis puellæ inſtituuntur & aſ-
ſueſcunt.

Neque vero machina quævis ad oppu-
gnandam cum matronarum pudicitiam,
tum virginum ac viduarum caſtimoniam
validior, quam lectio laſcivæ hiſtoriæ. Nul-
la tam bonæ indolis fœmina, quæ hac ipſa
non corrumpatur, mirumque putarim fra-
gilia reperiatur aut mulier, aut puella tam
exactæ caſtitatis ſive pudicitiæ, quæ ex e-
juſmodi lectionibus & hiſtoriis peregrina
libidine non ſæpe ad furorem uſque accen-
datur. Atque tamen quæ in his libris pri-

 mum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

mum edocta puella eſt, quæque horum
cere ſcit dicteria & ex horum diſciplina c
procis in multas horas facunde confabu-
ri, hæc demum eſt prope aulica. Pernin
autem hiſtorici lenones extitere, quoru
nomina obſcura ſunt: multi etiam inter pr
claros ſcriptores iſtis operam navarunt, e
juſmodi ex recentioribus Æneas Sylvi
Dantes, Petrarcha, Bocatius, Pontanus, Bap
ſta de Campo fragoſo & alter Baptiſta de A
bertis Florentinis. Item Petrus Hædus
Petrus Bembus, Jacobus Caviceus & Jac
bus Calandrus, Mantuanus & multi alii, i
ter quos tamen Johannes Bocatius ſuperat
omnibus, lenonum palmam ſibi lucrat
eſt, iis maxime libris, quos centum n
vellarum intitulavit: cujus exempla & tr
ditiones nihil aliud ſunt quam calidiſſima le
nociniorum ſtratagemata. Jam vero quar
do honeſtatis ac religionis verecunda tim
dulaque fœmina expugnanda eſt, quantu
tunc Dialecticæ argutiæ lenociniis adjumen
ti præſtant, ipſa apud Ovidium Myrrhæ fa
bula palam facit. Proinde nunc ex mathe
maticis diſciplinis Arithmetici ludi lenoci
niis commodi ſunt, & Muſica ipſa non mini
ma lenociniorum clientula eſt, quæ voc
gratia, & peſtilentibus cantionibus inſtru-
mentorumque voluptariis modulis libidinis
incentiva, in omnem laſciviam & corruptio-
nem animum emollit, mores ſubvertit, lu-
xuriæ concupiſcentiam, affectuſque vali-
diſſime incutit. Cui accedit chorearum &

ſaltationum commoditas, ubi cum pathicis libere loqui licet, & palpitare, oſcula, baſia, & ſuavia figere, & impudicis manibus quam ...elis contrectare, & non raro ad latebras confugere. Nec deeſt à lenociniis Geometricus, architectus, qui ſcanſili machinula per impluvium vel feneſtram ſub noctu congrediatur amatæ: quique adulteratis clavibus ſimilibuſque, ceu quale Dedalus fabricavit Paſiphaë ingeniis adulteris obſequatur. Jamque etiam in picturis legunt quæ literas neſciunt mulieres, pluſque ex illis intelligunt quam aliæ ex literis conſpiciunt, dum intra cubilia nuſquam non videant, quod cum ſcelere & flagitio æmulentur, nec minus per oculos atque per aures animus corrumpitur, tam enim hi ad animum penetrant, atque illæ: nec minus laſcivis imaginibus, quam rerum præſentia homines ad libidinem invitantur: cujus rei argumenta ſunt Venus Guidia, Praxitelis opera in templo ſtuprata: ejuſdemque artificis cupido abs Alchida Rodio adoleſcente corrupta: & quæ refertur ab Æliano fortunæ ſtatua, abs Athenienſe juvene tam ardenter adamata, ut cum emere prohiberetur, apud eandem expiravit. Terentius etiam in Eunucho introducit adoleſcentem ad libidinem incenſum, cum vidiſſet tabulam, in qua depictum fuerat, quomodo Juppiter per aureum impluvium corruperit Danaim: ideoque non immerito Ariſtoteles pœnam publicam ſtatuit pictoribus, qui talia proponunt oculis multitudinis, quibus

libido inflammetur. Neque vero ſine cau
dicit Sapiens, picturæ & ſtatuariæ artes i
ventas eſſe in tentationem animæ hominu
& in decipulam inſipientium, & corrupti
nem vitæ.

Occurrunt nunc Aſtrologi, Chiromante
Geomantes, ſomniatores, ominatores, ar
ſpices, augures, reliquuſque divinatoru
populus, qui omnes lenonum officio fu
gentes ſuis fallaciis ac verſipellis aſtuti
fraudibus ſpondent illicitos amores, conc
liant, quæ non raro ſceleſtiſſimas congluti
nant nuptias, nimis raro bene pactas diri
munt in adulteria. Ab iis lenonibus no
modo mulieres, ſed quod pudendum eſt
viri etiam amorum & conjugiorum ſuo-
rum auſpicia petunt & ſpem potiundæ pa-
thicæ puellæ capiunt, & pro illorum non
tam ſtulto quam impio hortatu ſeſe connu-
biis jungunt vel eximunt. Cæterum etiam
ad tam inſanam crudelitatem plerique in-
ducti ſunt, ut putent aſtrologicis imagini-
bus & horarum obſervationibus amorem
cogi poſſe, ſicut de iſtis Theocritus, Vir-
gilius, Catullus, Ovidius, Horatius, Lu-
canus & multi alii nugaces Poëtæ cecine-
runt, atque ipſi Aſtrologi poëtis non mi-
nus mendaces autores in ſuis electionum
libris ſtatis canonibus tradiderunt, quo
uno profecto lenociniorum obſequio A-
ſtrologi omnes & divinatores non minimum
faciunt quæſtum, quibus in adjutorium
proxime ſeſe offert Magia, quæ ſe carmini-
bus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

bus promittit ſolvere mentes, quas velit, aſt aliis duras immittere curas. De qua etiam apud Lucanum:

Carmine Theſſalidum dura in præcordia fluxit
Non ſatis adductus amor.

Et apud Horatium Canidia, apud Apulejum Pamphilæ maleficæ ſuos amatores aſtringunt, & in Calliſti tragica comœdia Cœleſtina lena Melibæam puellam accendit. Accedunt iis etiam veneficia & philtra, amatoria pocula, ſed admodum periculoſa, ut pro amore nonnunquam mortem aut gravem aliquem morbum inducant. Horum hauſtu mortuus eſt Lucullus & Lucretius, ſed dilucidis intervallis ſenſum mentemque amiſit. Legimus etiam mulierum quandam, quæ amatorio poculo hominem occiderat, ab Areopagitis abſolutam, quia amoris cauſa hoc commiſerat: ſed nulla lenociniis accommodatior ais quam medicina, quæ concupitam Venerem à quavis pathica puella facile obtinet, dum pollicetur reſarcinato hymenæo amiſſam virginitatem reſtituere, papillas, ne excreſcant, cohibere, uterum prohibere, ſterilitatis venena in longam ſecularemque libidinem miniſtrans, aut quaſſata ſpina conceptum ſemen ejicere docens, ut canit Lucretius:

Idque ſuâ cauſa conſuerunt ſcorta moveri,
Ne complerentur crebro gravidæque jacerent.
Et ſimul ipſa viris Venus ut concinnior eſſet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

Quo uno medicorum beneficio jam mul
matronæ ſimul & puellæ, aulicæ etiam don-
næ ſecuræ futuræ ſunt: faciunt ad hanc re
etiam vetularum incruſtationes, & reliq
meretricantium mulierum fuci, qui apu
medicos in libris de decoratione paſſim tr-
duntur, docenturque, quibus noxias mer-
tricum merces vendibiliores reddant, qu
idcirco ſacra vocant unguenta meretricia,
cum iſtis alia permulta pharmaca libidinu
incentiva; cujuſmodi ope gloriatur Ovidiu
ad novenarium numerum ſe inſcendiſſe, &
Theophraſtus ſcriptam reliquit plantar
quandam ad ſeptuageſimum coitum vire
extendentem.

Jam vero nullum Lenocinium oportunun
tempeſtivumque magis quam quod medici
næ prætextu peragitur, nullæ ſiquidem do
mus tam clauſæ, nulla monaſteria tam re-
cluſa, nulli carceres tam cuſtoditi, quæ non
admittant, quidve excludant lenonem me-
dicum: è quibus (teſte Plinio) etiam in prin-
cipum domibus adulteria perpetrata ſunt, ut
Eudemi in Livia, Druſi & Vectii Valentii in
Meſſalina Claudii. Et ne quis philoſophos
lenocinio inutiles putet, ipſe Cyreniacorum
magiſter prohibet Ariſtippus, cui cum eſſet
apud Thaidem, nobile ſcortum, frequens
cum aliis rivalibus conſuetudo, gloriaba-
tur quod ipſe haberet Thaidem, quum alii
à Thaide haberentur, quumque illi ſua bona
perderent, ipſe gratis luxuriaretur. Sic me-
retrix philoſophum illum habuit pro leno-

 ne,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

ne, cujus exemplo & autoritate omnem juventutem ad ſe traheret: nec ſatis fuit Ariſtippo, ſeſe meretrici lenonem exhibere, ſed etiam docere publice libidines cœpit, illaſque de lupanari in ſcholas tranſtulit.

Reliquum nunc & mechanicæ artes perplures lenociniorum vicem obtinent, inter quas Phrygia artificia nendi, texendi, ſuendi, cęteraque muliebria exercitia principatum tenent: quorum prætextu lenæ dum linum, filum, vitras, tiaras, corallia, ceſtes, loculos, chirothecas circumferunt, ex juvenculis olim meretricibus jam vetulæ mercatrices effectæ pathicas puellas iis rebus facile allectant, & colloquendi oportunitatem capiunt, quibus tum adſunt ſubſidio lotrices, quibus permiſſum eſt domos libere ingredi, & filias ancillulaſque abſentibus matribus ad lintea abducere: adſunt etiam mendicæ, quæ eleemoſynarum pietate obſervant januas, deferunt referuntque plena lenociniorum & nuntia & literas.

Et ferunt ad nuptam dona quæ mittit adulter.

Proinde etiam & virilia nobilium exercitia lenociniis accommoda ſunt, ut equitia, quæ torneamenta vulgo vocant, ludique militares, quorum aſtu Romulus olim rapuit Sabinas. Jamque etiam venatio ô quoties in Sylvarum latebris nobilium potentumque adulteria conciliavit. Luſit hoc perpulchre Virgilius in Ænea & Didone, à venandi oportunitate, de lapſu comitum oc-

caſione capta. Ipſe etiam Jupiter uſus eſt lenonibus paſtoribus. Proinde & nautæ qu conferant lenociniis ipſæ Venetiæ teſtabuntur, quinetiam lautæ coquinarum epulæ opiparaque convivia lenociniorum vicem tenent, ut eleganter in ſuis Æneadibus expreſſit Virgilius:

Poſtquam prima quies epulis menſæque remotæ
Crateres magnos ſtatuunt, & vina coronant.
Hic regina gravem gemmis auroque popoſcit
Implevitque mero pateram, celebrate faventes
Dixit, & immenſum Laticum libavit humorem
Primaque libato ſummotenus attigit ore.
Tum Biciæ dedit increpitans, ille impiger hauſit
Spumantem pateram, & pleno ſe proluit auro.
Poſt alii proceres Tyrii Troesque ſequuntur.
Nec non & vano noctem ſermone trahebat
Infelix Dido, longumque bibebat amorem.

Sunt adhuc quæ prætereo, permulta lenociniorum artificia, ſed hæc omnia vincit aurum, quo ſi alchimiſtæ nobis (ut pollicentur) ſatis facere poſſent, ipſi profecto lenonum futuri ſunt omnium invictiſſimi: potentiſſimum enim lenocinium in auro atque pecunia eſt.

Scilicet uxorem cum dote fidemque & amicis
Et genus & formam regina pecunia donat.

Auro placatur Zelotypus maritus, auro mollitur rivalis, auro accuratiſſimi vinciuntur cuſtodes, auro quæque janua panditur, auro omnis thalamus conſcenditur, auro vectes & ſaxa & inſolubilia matrimonii

vincula franguntur. Quid mirum, quod auro virgines, puellæ, matronæ, viduæ, veſtales veneunt, ſi auro Chriſtus ipſe venditur? Denique hac lenociniorum duce plurimi ab infima ſorte ad ſummum prope nobilitatis gradum conſcenderunt. Proſtituit hic uxorem, factus eſt Senator: proſtituit ille filiam, creatus eſt comes: hic aliam quamvis matronam in adulteri principis ſollicitavit amplexum, mox amplo ſtipendio dignus fit regius cubicularius. Alii ob deſponſata regia ſcorta ſpectabiles facti ſunt, publiciſque muneribus præfecti, eiſdem artibus abs Cardinalibus & pontificibus multi multa perpinguia venantur beneficia, nec eſt via ulla compendioſior. Quantum autem lenociniis ipſis conducat religio, ipſæ Paulinæ caſtiſſimæ inflexibiliſque matronæ hiſtoria ab Egeſippo deſcripta teſtatur, quam Iſidis ſacerdotes cuidam equeſtris ordinis adoleſcenti pro Anube Deo proſtituerunt. Quid etiam in iſtis poſſit auricularis noſtra confeſſio, ipſa tripartita indicat hiſtoria: nec deſunt mihi, ſi referre velim, cognita recentia exempla. Habent enim ſacerdotes, monachi, fraterculi moniales, & quas vocant ſorores, ſpecialem lenociniorum prærogativam, cum illis religionis prætextu liberum ſit quocunque pervolare, & quibuſcunque quantum & quoties libet, ſub ſpecie viſitationis & conſolationis, aut confeſſionis ſecreto ſine teſtibus loqui, tam pie perſonata ſunt illorum lenocinia: & ſunt ex illis quibus pecuniam tetigiſſe piaculum

culum eſt, & nihil illos movent verba Pa[uli]
dicentis: Bonum eſt mulierem non tange[re],
quos illi non raro impudicis contrectant m[a]-
nibus, clanculum confluunt ad lupanar[ia],
ſtuprant ſacras virgines, vitiant viduas: & h[o]-
ſpitum ſuorum adulterantes uxores, nonnu[n]-
quam etiam Iliaci prædonis inſtar abducu[nt],
& Platonica lege cum popularibus ſuis co[m]-
munes proſtituunt: & quarum animas lucr[a]-
ri debent Deo, illarum corpora ſacrifica[nt]
Diabolo, aliaque his multo ſceleſtiora, & q[uæ]
nefas eſt eloqui, inſana libidine perpetran[t],
interim caſtitatis voto abunde ſatisfacient[es],
ſi libidinem, ſi luxuriam, ſi fornicatione[m],
ſi adulteria, ſi inceſtum verbis acerrime i[n]-
ceſſent deteſtenturque, & de virtute locu[ti]
clunes agitent. Sed & flagitioſiſſimi lenon[es]
ſceleſtiſſimæque lenæ ſæpe ſub illis religi[o]-
num pellibus delitescunt.

Jam vero etiam lenociniis militant leg[es]
atque Canones, cum in potentum favore[m]
pro iniquis nupiis pugnant, & juſta matrim[o]-
nia dirimunt, ſacerdoteſque ſublatis honeſti[s]
nuptiis turpiter ſcortari compellunt: malue-
runtque illi legiſlatores ſacerdotes ſuos cu[m]
infamia habere concubinas, quam cum hone-
ſta fama uxores; forte quia ex concubini[s]
proventus illis eſt amplior: De quo legimu[s]
gloriatum in convivio quondam Epiſcopum
habere ſe undecim millia ſacerdotum con-
cubinariorum, qui in ſingulos annos illi aure-
um pendebant. Extabat olim Romæ in tem-
plo Veneris duabus tabulis exſculptum Sena-
tuſcon-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

uſconſultum, & lex futuaria ſcortatoribus
lenonibus admodum favorabilis, quam
pud Petrum Crinitum in hæc verba latam
egimus. In prima tabula continebantur ju-
a viſundi, conſectandi, ſuſurrandi, geſtiun-
i, ſubtrudendi, ſalutandi, confabulandi,
recandi, perpetuo interdiu futnariis per-
niſſa ex me ſunto: ex æde, foramine, horto,
oſtico, impluvio cuncta hæc commoda ne-
no homini prohibento: fidem, conſilia fe-
unto, ſervanto, auxilium operamve danto.
n altera tabula erat: ſub noctu vota tractan-
o, percuſſa juramenta, lamenta admiſcen-
o, ſollicitanto, verecundiam timoremque
moventoto, triſtitiam ſupprimunto; tempori
ocove obſecundanto, occaſioni ne unquam
cedunto, internuncias epiſtolas ſuccidunto:
is ſpem, voluntatem, expectationem, ne-
ceſſitatem, miſericordiam adlectanto, infe-
runto, fraude, vi, dolo, oſtentatione attem-
perate utuntor: prudentiam fatuitatem ha-
bento, tenento, geſtanto, ex pathica quic-
quam ſempiterne quaſi ſtipem & pignus ca-
piunto; ejus permiſſu advehunto, novem
quærunto, aſtu pompave grandianimem no-
bilem inſectantor, notas conjecturas tacitus
novanto. Erat etiam Licurgo lata lex, ſi quis
ætate provectior, ac nuptiis intempeſtivior
puellulam primæ pubis duxiſſet, huic inte-
grum eſſet ex adoleſcentibus aliquem deli-
gere, qui Venere potentior præcurrens fera-
cem uterum generoſo ſemine impleret, mo-
do ipſum quod natum eſſet, mariti aſſeretur.

Erat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

Erat & Solonis lex, quæ ſimiliter permi-
bat uxoribus ſi mariti in rem Venerean
gnaviores eſſent, ex neceſſariis unum
quem ſibi deſpicere qui cum colluctarent,
nec idcirco alienum dici quod naſceret.
Mitto quod ſunt & cognoſcuntur mulieres
hunc diem, quæ quotannis externo femi
gravidæ nothos filios maritis ſupponunt, r
ſuſque poſt partum redeunt ad alternam
dulterorum ſatietatem, nequiores M. Agri
pæ Julia, quæ niſi plena navi vectorem no
recipiebat.

Vſque adeo à diis, abs heroibus, à legiſl
toribus, à philoſophis, à ſapientiſſimis vir
& theologis, à principibus, ipſiſque religion
capitibus ars hæc lenociniorum culta eſt a
que cohoneſtata. Lenones fuerunt Pan Deu
atque Mercurius, ipſeque puer Cupido, len
fuit heros ille Vlyſſes. Leno fuit Legiſlato
Licurgus, & ſapiens ille Solon, qui primu
lupanaria ædificavit, & meretriculas juven
tuti proſtituit. Sed & recentioribus tempori
bus Sixtus Pontifex Maximus Romæ nobile
admodum lupanar extruit: Leno fuit Impe-
rator ille Heliogabalus, qui domi ſuæ mere-
tricum cohortes aluit, amiciſque & ſervis ex-
hibuit. Quinetiam reginarum cæterorum-
que principum & dominarum nonnunquam
id curæ eſt. Neque præterea optimates
magiſtratuſque id officii quandoque abhor-
ruerunt, quippe lenones olim fuerunt Co-
rinthii, Epheſii, Abideni, Cyprii, Babylo-
nii, & multi alii magiſtratus, qui in civita-
tibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

ibus ſuis lupanaria conſtruunt foventque, onnihil ex meretricio quæſtu etiam ærario ſuo accumulantes emolumenti, quod uidem in Italia non rarum eſt, ubi etiam Romana ſcorta in ſingulas hebdomadas Julium pendent Pontifici, qui cenſus annuus nonnunquam viginti millia ducatos excedit, ideoque Eccleſiæ procerum id munus eſt, ut una cum Eccleſiarum proventibus etiam lenociniorum numerent mercedem. Sic enim ego illos ſupputantes aliquando audivi: Habet (inquientes) ille duo beneficia, unum curatum aureorum viginti, alterum, prioratum ducatorum quadraginta: & tres putans in Burdello, quæ reddunt ſingulis hebdomatibus Julios viginti. Jam vero nihilominus lenones ſunt Epiſcopi illi & officiales, qui cenſum pro concubinatu à ſacerdotibus quotannis extorquent, idque tam palam: ut apud plebem ipſum in proverbium abierit illa eorum concubinaria exactio, ſive lenocinium, quo dicunt: Habeat vel non habeat, aureum ſolvet pro concubina, & habeat ſi velit. Sed in regno avaritiæ nihil turpitudini aſcribitur, quod lucrum pariat. Mitto tolerantiæ commentum, quo certa pecunia Epiſcopis ſoluta abſentis mariti uxor, præter adulterii dicunt ut offenſam, alteri cohabitare permittitur. Quæ omnia tam manifeſta ſunt atque frequentia, ut neſcire cogamur, Epiſcoporum ne impudentia, an plebis patientia hactenus fuerit ineptior: ut tandem opus fuerit Germaniæ principibus

cipibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

cipibus inter cætera nationis illius gravar-
na hæc quoque deferre. Ex quibus quæ h
ſilentio premuntur, elicere poteritis.

Ejuſmodi itaque patronos habet ars Len-
nia, quique tueantur artem meretriciam, c
in hunc uſque diem, prohdolor, in Chriſt-
na republica locus eſt, & in civitatibus pub-
ca theatra, immunitates & ſtipendia conce-
ſa ſunt, unica illa contra divinas leges atq
ipſum Dei verbum humana ratiuncula ſi
potius lenonio commento militante, qua i
quiunt, ut juventus egeſto illic libidinis in
petu, pejora conari deſiſtat. Tolle, ajunt
republica meretrices, cuncta ſtupris, inceſt
adulteriis permiſcentur: nulla matrona int
gra remanebit, nulla viduæ pudicitia incol
mis perſiſtet, vix virgines ac Veſtales inviol
tæ ſervabuntur: hinc tandem impoſſibi
eſſe concludunt, reipublicæ tranquillitate
ſine meretricibus poſſe conſiſtere: ſine quib
tamen populus Iſraël olim per tot ſecula co
tinentiſſime duravit, ſicut præcepit illis De
Deut. 23. Non erit meretrix neque ſcortato
in filiis Iſrael. Atque præterea hæc ſpurc
ties olim etiam ſub religionis ſpecie Eccl
ſiam inſiliit, ac Nicolaitarum hæreſim prop
gavit, qui ob vitandam zelotypiam uxor
proſtituebant, ac veluti Platonica lege con
munes habeddas docebant. Quicunque au
tem principes, judices & magiſtratus lupan
ria fovent, ſive quovis modo permittunt, e
jam licet ipſi non ſcortentur, dicetur eis
Domino quod ait Pſalmiſta Pſal. 46. Si vid

ba

bas furem, currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas: Hæc feciſti, & tacui, exiſtimaſti inique quod ero tui ſimilis, ſed arguam te & ſtatuam contra faciem tuam.

Qui mulierum generi mores ſint fere peculiares ac quaſi innati, exceptis tamen iis quæ modeſtioribus gaudent moribus.

PLERÆQUE mulieres, exceptis perquam paucis, inprimis illa, quæ formæ elegantia ſpectandæ, ſcitulæ, nitidæ, & venuſtæ ſunt, veſtimentis purpureis, & aureis, & gemmeis monilibus ultra ſuam ipſarum conditionem exornari gaudent. Interim tamen turpiſſima monſtra ſub formoſis illis pellibus ſæpe latitant. Hinc aptiſſime Lucianus illas Ægyptiis templis comparat. Illic enim ipſum delubrum forinſecus pulcherrimum eſt, ſimul atque maximum ſumptuoſis lapidibus extructum, atque compoſitum: cæterum ſi intus Deum requiſieris, aut Simiam invenies, aut ciconiam, aut hircum, aut felem. Ita eſt de illis, quos dixi puellis atque dominabus, quæ à prima ætate, à teneris annis in molli otio, ſaltationibus & omni luxu enutritæ, peſſimiſque diſciplinis ex amorum libris, praviſſimiſque luxus, libidinum, adulteriorum, fornicationum, lenociniorum hiſtoriis: comœdiis, novellis, facetiis, cantilenis imbutæ, veluti ex nutrice perniencioſiſſimos mores ſuxerunt, levitatem, inſolentiam,

lentiam, arrogantiam, moroſitatem, imp
dentiam, obſcœnitatem, contentionem, co
tradictionem, pertinaciam, ultionem, aſtu
vafritiem, petulantiam, loquacitatem, pr
cacitatem & turpem concupiſcentiam, habe
linguas quibus ſilentium pœna eſt, habent l
bia ad omnem loquacitatem armata, quib
ſermones producunt ocioſiſſimos ineptiſſ
moſque, & non raro iis qui audire cogu
tur moleſtos. Quid enim illas in tam mul
tas horas inter ſe loqui putabimus, niſi ſtu
ta & ocioſa? Puta, quomodo componend
coma, quomodo pectenda, quomodo tin
gendi capilli, quomodo fricanda facies, qua
liter complicanda veſtis, qua pompa inceden
dum, aſſurgendum, decumbendum, quibus
quo veſtitu fas ſit incedere: quæ quibus lo
co cedere debeant, quot inclinationibus ſa
lutare, quæ ad quorum oſcula venire fas au
nefas ſit, quæ aſino, quæ equo, quæ ſella, quæ
curru, quæ lectica vehi debeant, quæ au-
rum, quæ gemmas, quæ corallia, quæ tor-
ques, quæ inaures, quæ armillas, quæ annu-
los, quæ monilia ferre poſſint, cæteraque
Semiramidatum legum nugamenta. Nec
deſunt ſeniores matronæ, quæ narrent à quot
procis olim adamatæ, quibus muneribus di-
gnatæ, quibus blanditiis ambitæ? hæc de eo
loquitur quem amat, altera ægre ſilet de illo
quem odit, & quævis putat, ſe cum aliarum
admiratione dicere; nonnunquam intempe-
ſtivis dicteriis aut impudentiſſimis menda-
ciis ſermonem infulciunt. Nec deſunt inter
illos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

llos intenſiſſima odia & acerrima jurgia, ca-
umniæ, detractione, ſycophantiæ, & quæ-
unque ſunt malæ linguæ vitia: habent ocel-
os, habent vultus, habent riſus plena illece-
bris, habent nutus, habent geſtus plenos la-
ſcivia, habent aſtus, habent verba, quibus de-
cipiendos probos ſollicitant, & munuſcula
extorquent, ſi illis annulus eſt, ſi gemma, ſi
monile, ſi catenula, quicquid id eſt ſubtrahunt
blanditiis, aut extorquent precibus, red-
duntque pro illis baſia ſuavia, oſcula, ample-
xus, contractus, confabulationes, quæ illis
publica merx & amoris alimenta ſunt. Pu-
det referre, quæ ſecreta intra cubile probra
ſæpe gerantur, conſecrato hymenæo naturæ
contumelia quæ cum veſtem induerunt, o-
mnia contexiſſe & occuluiſſe exiſtimant, ta-
les itaque qua fide & integritate poſtea erga
maritos putabimus futuras uxores? O quan-
to dolore afficiunt bonos conjuges, dum
genus, dum dotem, dum formam, dum alie-
na matrimonia illis continuo objiciunt, &
jurgiis ac contumeliis obtundunt viros, con-
queruntur ſemper dum domeſticam & fru-
galem menſam ſpernunt, & luxum viris ex-
probrant, in quo primitus delicate vixerunt,
ac deliciis & pompa aſſuetæ ornamentorum
ambitione exhauriunt illorum opes, labe-
factant domos nonnunquam ad turpes & ma-
los quæſtus, miſeros maritos impellunt,
quibus dies noctesque inſidiantur mille
fraudibus, ſimulatione, proditione, hypo-
criſi.

Taceo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

Taceo externos amores, occulta adul-
ria, ſuppoſititios partus, & alieno ſemi
conceptas proles, quod ſi ſemel ad odiu
vertantur zelotypiam parabunt, aut venen
Familiares enim (ut ait Hieronymus cont
Jovinianum) malarum fœminarum art
ſunt, doli, fraudes, veneficia, mala medic
menta & magicæ vanitates. Sic Livia viru
ſuum interfecit, quem nimis odit. Lucil
ſuum peremit zelotypia, illa ſponte miſcu
aconitum, hæc improba furorem pro am
ris poculo propinavit. Adeo tutius eſt (quo
ait Eccleſiaſticus c. 25.) commorari leoni
draconi, quam cum muliere nequam. Qui
quis morigeram cupit habere uxorem, n
ducat talem. Sed jam nimium progreſſus e
cum lingua ſermo, dixi tamen, & jam no
dixiſſe non poſſum.

De vanitate ſaltationum & chorearum, earumque periculis & ortu.

SALTATIONUM ſive chorearum artificium puellis amatoribuſque longe gratiſſimum eſt, idque magna cura diſcunt, & in medias noctes ſine ſatietate protrahunt ſummaque diligentia obſervant, ut ad lyræ tympanique ac tibiarum numeros, compoſitis geſtibus moderatiſque inceſſibus ſaltent, & rem omnium ſtultiſſimam & inſania quadam haud abſimilem prudentiſſime, ut putant, ſcientiſſimeque peragant, quam niſi tibiarum concentus temperaret, & ut dicitur, vanitas

nitas

itas vanitatum commendaret, nullam cho-
eis ſpectaculum ridiculum ac inconditum
nagis: hæc laxamen petulantiæ, amica ſce-
eris, incitamen libidinis, hoſtis pudicitiæ
c ludis probis omnibus indignus: ſæpe ibi
natrona, (ut ait Petrarcha) diu ſervatum de-
us perdidit, ſæpe infelix virguncula ibi di-
icit quod melius ignoraſſet, multarum ibi
ama periit pudorque. Multæ inde domum
mpudicæ, plures ambiguæ rediere, caſtior
utem nulla: pudicitiam choreis ſæpe ſtra-
am ſemperque impulſam oppugnatamque
idemus: laudarunt tamen hanc nonnulli
Græcorum ſcriptores, ſicut pleraque alia
fœda ac pernicioſa, ipſaque ſaltationum e-
xordia è ſummis cœlis, è ſtellarum ſyderum-
que lationibus, eorumque greſſu & regreſſu,
complexu ac ordine, tanquam harmonica
quadam cœleſtium chorea una cum mundi
generatione divinitus prodiiſſe dicunt. Alii
nventum eſſe Satyricum, Bacchum quoque
hac arte Thyrrenos, Indos & Lydos bellico-
ſiſſimos populos deviciſſe ajunt. Hinc tan-
dem ſaltatio ipſa in religionem relata eſt, &
à Coribantis in Phrygia, à Curetis in Creta,
abs dea Rhea fieri juſſa eſt, & in Delo nulla
ſacra peragebantur, cui ſaltatio non fuiſſet
adhibita, nec ullæ unquam celebratæ feſtivi-
tates & ceremoniæ citra ſaltationem. Indo-
rum quoque Brachmanni mane & veſpere ad
ſolem converſi ſaltantes illum venerabantur.
Apud Æthiopes etiam & Ægyptios, & Thra-
ces & Scythas, ſaltatio inter ſacrorum cere-
monias

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

monias habita eſt, quippe, quæ ab Orphe &
Muſeo optimis ſaltatoribus conſtituta fuit.
Erant etiam apud Romanos ſacerdotes Sa
qui in honorem Martis ſaltabant. Lace-
monii Græcorum præſtantiſſimi cum à Ca-
ſtore & Polluce ſaltare perdidiciſſent, om
ſaltationibus peragere ſoliti ſunt. In Th-
ſalia tanto in precio habita eſt, ut populi p-
ſides & anteſignavi præſaltatorum nom
honorarentur. Ipſe etiam Socrates vir o-
nium ſapientiſſimus ab oraculo judicatus, il-
lam jam natu grandior diſcere non erubit,
quin & ſummis laudibus extulit, & inter
rias diſciplinas numeravit, viſaque illi
gravior, quam ut de ea recte pronunci
poſſit, quæ tota divina cum mundi gene-
tione nata eſſet, & cum Amore Deo ve-
ſtiſſimo in lucem prodierit. Sed quid miru
ſic à Græcis philoſophari, qui adulteria, q
ſtupra, qui parricidia, denique nullum n
facinus in Deos referunt autores. Compl-
res de ſaltatione libros conſcripſerunt, q
omnia genera ejus & ſpecies numeroſqu
comprehenderunt, earundemq; nomina pe
cenſuerunt, & cujuſmodi unaquæque ill
rum eſſet, & quo autore inventa: quare de i
lis plura hic dicere ſuperſedeo.

Romani veteres, viri prudentia & autor
tate graves, ſaltationes omnes repudiarun
nec ulla penes eos honeſta matrona ſaltaſſ
laudatur. Hinc Saluſtius improperat Sem
pronię, quod cantaſſet ſaltaſſetque doctiu
quam conveniret probę, quin & Gabinio vi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

o conſulari atque M. Cælio nimia ſaltandi
eritia probro data eſt: & M. Cato L. Mure-
æ, quod in Aſia ſaltaſſet, pro crimine obje-
it, cui patrocinatus Cicero, id ut recte fa-
tum defendere non eſt auſus, ſed conſtanter
actum pernegavit. Nemo, inquiens, ſaltat
obrius, niſi forte inſaniat, neque in ſolitu-
line, neque in convivio moderato atque ho-
eſto: intempeſtivi convivii, immoderati jo-
i, turpium deliciarum comes eſt extrema ſal-
atio. Itaque ſaltationem neceſſe eſt omnium
itiorum eſſe poſtremum. Neque vero facile
lictu, quæ mala hic viſus hauriunt & auditus,
quæ pariant colloquia & tactus. Saltatur in-
conditis geſtibus, & monſtroſo pedum ſtre-
pitu, ad molles pulſationes, ad laſcivas canti-
lenas, ad obſcœna carmina contrectantur
puellæ & matronæ impudicis manibus & ba-
ſiis, meretriciisque complexibus: & quæ ab-
ſcondit natura, velavit modeſtia, ipſa laſcivia
tunc ſæpe nudantur, & ludi tegmine obduci-
tur ſcelus. Exercitium profecto non è cœlis
exortum, ſed à malis dæmonibus excogita-
tum in injuriam divinitatis, quando popu-
lus Iſraël erexit ſibi vitulum in deſerto, cui
cum ſacrificaſſent, cœperunt edere & bibe-
re, & poſtea ſurrexerunt ludere, & cantantes
ſaltabant in chorum. Exod. 32.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

JOANNIS JOVIANI
PONTANI
DIALOGUS
QVI INSCRIBITVR.
CHARON

Propter rerum varietatem quæ doctiſsime in i[s] tractantur, lectu digniſsimus, & ad præſentem materiam non incongruus.

INTERLOCUTORES
MINOS ÆACHVS.

QVI magiſtratum Æace gerunt, i[s] nunquam ſine negotio ocium e[ſ]ſe debet. ÆAC. Prudenter atque è re dictum à te eſt Minos. Nam & in ocio cogitare oportet de negotio, & ubi liberior aliquando factus eſt cu[ra]ris animus, quia tum longe maxime qui[d] verum ſit cernit, exercendus hic eſt, à ſen[e] præſertim, cui non ut ineunti ætati pila & trochulus, ſed rerum optimarum cognitio atque ſcientia curæ eſſe debeat. MIN. Scilicet non dies, noctesque aut dormienti tibi, aut potanti optatum illud à diis obtigit, nati ut

ut ſint myrmidones, ſed animum colenti, prudenter ac pari jure moderanti popu-s. ÆAC. Sunt hæc Minos, ut dicis, quæ di-immortalibus tribuere ſolebam, quorum xta muneris, ut boni prudentesque habe-mur. Eorum ergo benevolentiam non tu-& extis magis, quam recte agendo, pru-enter conſulendo, juſte imperando conci-are ſtudebam mihi. MIN. Deorum profe-o, Deorum eſt ut dicis, iſta benignitas, uos non hedorum ſanguis, aut frugum pri-itiæ placatos faciunt, ſed innocentia, ve-tas, caſtitas, fides, continentia, quæ ſunt il-orum munera: quibus qui utantur, iis con-lia ipſi ſua aperiunt, ſeque inſpiciendos ræbent. Quin quod deorum eſt proprium on abſtinenteis modo & immoderatos quos overint, in cœlum ad ſe, ut ſcimus evo-ant, verum incontinentius qui vixerunt, lum pœniteat, dum in viam redeant, in eos uoque clementes ſunt atque benefici. Et-nim Deus ille Opt. Max. non tam peccata lciſcitur, quam miſeretur & parcit. Amat ominum genus, & dum aut peſtem illis, ut tempeſtates immiſſurus eſt, in iram eo-um ſceleribus provocatus, nunc monſtris ræmonet, nunc per oſtenta declarat: & cum maxime iratus eſt, per crinitas ſtellas, ut pro-urationem adhibeant, qua placatus ipſe ſententiam mutet. Et certe maximas ſore in terris diſcordias & calamitates auguror. Meminiſti enim ut excuſſa eſt nuper terra, ut movit ab imis uſque ſedibus, & quam ſæ-

pe. Peſſima quædam videntur portendi mor-
talibus, & animus ſcire avet. Quamobrem
videtur (ferias enim agimus, & collega Rh
damanthus hodierno ſatis eſt muneri) co
cedamus ad ripam, & ſub amœna cupreſſo
rum umbra conſideamus tantiſper, dum
terris aliquis ad nos eat, ad quod vel invita
lenis aquarum decurſus poteſt, vel quæ n
ſtra ſcire intereſt, quod agant homines,
ad illorum actiones judicia comparemu
ÆAC. Recte Minos & commode, nam
mens ipſa præſagit triſte neſcio quid ac p
riculoſum imminere mortalibus, & ipſe m
miniſti. Nuper dum in ſacerdotes illos ſe
tentiam diceres, queri eos & ægre ferre, lab
rare Italiam ſeditionibus, magnosque in
legi exercitus. Quamobrem in pratum h
deſcendamus, ſi placet. MIN. Deſcendamu
& ſi tibi videtur, Charontem ad nos voc
mus. Nam & ipſe otioſus eſt. ÆAC. Et
tium agit, & oratio ejus erudita & gravis e

CHARON, MINOS, ÆACUS.

EQVIDEM vel ex hoc conditionem ho
minum infelicem judico, quod ſperat
omnes victitant, quid enim eorum eſt ſp
inanius? MIN. Quænam ſunt iſta Charon
CHAR. Cuja eſt ea oratio? quos ego procu
video? O æquiſſimi animarum judices ſal
vete multum, & per ſtygem unde vobis tan
tum eſt otii à foro & judiciis? MIN. Eaden
noſtri hujus otii cauſa eſt, quæ & tui. Scis e
nim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

m quam hoc triduum nihil ad nos anima-
m trajeceris. CHA. Iſtud ipſum mecum ad-
irabar atque adeo indignabar, ita ſpe dece-
um me mea,ut in Plutonis ęrarium,ne col-
bum quidem triduo hoc toto contulerim.
aque quæ vita poteſt eſſe mortalibus inter
t ac tam varias neceſſitudines ? quos ſpes
m aſſidue fruſtretur ac ludat : eorumque
el maximum hunc errorem eſſe duco, quod
ter deas ſpem numerant,quæ humanæ for-
unæ ancilla eſt,varia, inconſtans, fallax, bel-
aciſſimaque & bonorum & malorum omni-
m , quod modo tyrannus declaravit : qui
um regnum animo concipit , ſpe ſua luſus ,
ix tandem ad ripam huc pervenit , nudus ,
lorabundus , claudus , ſenili greſſu, fallenti-
us veſtigiis , ex tot tantiſque male partis
ivitiis vix annulum ſecum ferens. ÆAC.
Doctiorem te factum portitor gaudemus , &
per herebum egregie philoſopharis. CHAR.
Quidni philoſopher ? qui tot annos doctiſ-
imos homines, qui trans ripam inhuma-
i erant , differenteis audiam , eorum ego
diſputationibus mirifice delector , & ubi
vacat etiam auditor fio , magnamque ex eo-
rum dictis voluptatem , uberemque fructum
capio ; quoſdam tamen ut ridiculos ægre fe-
ro , & ſtomachor : ſunt enim partim nimis
captioſi & fallaces , partim inanes & lubri-
ci , qualis Pariſius ſophiſtes , qui nuper con-
greſſus eſt mecum, & per Plutonem quam au-
daciſſime , Morieris Charon , vociferaba-
tur. Ego me qui de mortalium non eſſem nu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

mero moriturum negabam, at ille morie
inclamabat. Quinam hoc fiet, inquam? Tu
ille diſtortis ſuperciliis. Charo, inquit, c
omnis autem caro morti eſt obnoxia, m
rieris igitur. Et cum diutius vixeris, bre
morieris. Tum ego, ut qui ejus amentia
non ferrem, vix continui, quin eum in flu
um deturbarim. Quid alter quam pene ri
me confecit? Remus, inquit, Romuli frat
fuit, plureis iſtic Remos habes, plures erg
fratres tecum ſunt Romuli. Hoc audito Æ
ce, ita ſum riſu commotus, ut diſrumpi t
muerim. Sed & tertius cum me ſolventer
viderent, audi, inquit, Charon, & diſce, R
cte inquam, hoſpes admones nunquam
nim ſatis quiſquam didicit. Diſce, inquit i
le, novum eſt hoc. Palus, inquam, eſt quar
navigas, Palus autem lignum eſt, lignur
ergo non aquam navigas. Vix hic finierat
cum quartus ægre ferens priorem illum ar
gumentatum, & me inquit, audi. Tribu
portitor manibus uteris, etenim palma ma
nus cum ſit, & tribus ipſe palmis remiges
tribus profecto manibus uteris. Atque fe
renda hæc fortaſſe videantur in pueris, dum
ingenium acuunt. ſenes vero tam inſigni
ter delirantes, & eos præſertim qui de natu-
ra ac Deo diſſerunt, quis ferat? nuper ſuper-
ſtitioſulus quidam, cum ex eo quærerem,
nunquid è terris novi afferret, plures qui diem
obierant revixiſſe, quocirca ſcire è vobis ve-
hementer cupio, qui animarum omnium
tenetis numerum, an earum aliquæ aut ipſæ

ufugerint, aut furto ſubreptæ vobis fuerint, ego certe ſcio neminem unum retro à me revectam. ÆAC. Et priora illa Charon omnino contemnenda non ſunt, pertinent enim ad quærendam veritatem: & poſteriora hæc nequaquam improbanda, quippe cum religionem augeant. Quædam etiam ſuapte natura nobis ſunt incognita. CHAR. Sint ita, ut dicis, quando nihil ad nos attinent, quamobrem miſſa nunc faciamus. Sed quod nunc mihi in mentem venit, & admirari nunquam ipſe ſatis poſſum, ſi per leges veſtras licet noſſe, id ex te velim, cur poſtquam de tyranni capite ſententiam tuliſtis, non inter ſontes eum & ſceleroſos, verum trans ripam illam, ubi ſolus agit, relegaſtis? ÆAC. Honeſtum ſane eſt ſcire quod poſtulas, æquius tamen erit id te ex Minoë quærere, cujus illud fuit judicium. CHAR. Nimirum ut alia Minois omnia, ſic & hoc eſt cognitu digniſſimum. Quamobrem optime Minos, ut cujus judicium admiramur, ejus quoque teneamus conſilium, ne gravere palam id nobis facere. MIN. Et facile eſt docere quod poſtulas, & ego libenter hoc fecero, pertinet enim ad ſapientiam, cujus te ſtudioſum eſſe factum magnopere lætor ac laudo. Quamobrem ut conſilium illud de relegando tyranno juxta mecum teneas, ſic habeto, præterquam quod varius, perfidus, immanis, & ſupra quam dici poſſit rapax fuerit, ſeditioſiſſimus omnium mortalium & fuit, & ipſe confeſſus eſt, nullis adhibitis

tormentis. Itaque dies noctesque nihil
quam aut cogitavit aliud, aut egit, qua
quomodo lites ſerere, tumultus excitar
bella movere, aut augere mota poſſet, pa
ac quietis inimicus. Eum ego, cui alie
documento eſſent pericula, ne inter man
ſeditionem aliquando faceret, è Republi
eſſe duxi ejectum urbe noſtra, omniq
quod lethe cingitur ſolo, trans ripam illa
inter erranteis umbras exterminare. Qu
& legem ſtatuere placuit, ne cui adire
lum, neve inſpectare liceret à centeſim
lapide. CHAR. Et juſte & prudenter f
ctum Minos. Sed quid quod ſeptimo qu
que die in rubetam verſus, ubi diem t
tum concrepuit, veſperi ab hydro depaſt
interit, maneque in umbram reviviſcit
MIN. Quod facit patitur, vorare alio
ſuetus, ipſe nunc devoratur. CHAR
Quam jure, quam merito. Atque utinar
mortalibus nota ſupplicia hæc eſſent, mode
ratiores illos fore ſperarem, minuſque am
bitioſos, nec tam alieni appetentes. MIN
An obſecro Pythagoræ oblitus es? & memi
niſſe certe debes, venit enim ad nos torrid
uſtilato capillo, adeſis naribus. Nam dun
inter mortales hæc prædicat, dum ſupplicio
tum eos horum admonet, igne ab nefari-
is adoleſcentibus ædibus injecto occiditur
CHAR. O bone Pluton, quænam eſt tant
hæc ingratitudo atque immanitas? hoccine
docendi atque inſtituendi præmium? MIN.
Ingratiſſimum eſt genus hominum atque in-

con-

ontinentiſſimum. Omitto poëtas, qui primi e inferis vera prodiderunt, quam nunc omes contemnunt: Socratem veneno petierunt, irum ſane optimum ac ſapientiſſimum, & rofecto quę in Chriſtum egerint, noſti. Nam c lateris, & pedum ejus vulnera attrectavinus, vix credentes tantum homines facinus dmittere auſos. CHAR. Et quidem ille veitatem docebat. MIN. O Charon, Charon gnorare videris veritatem ſemper odio fuiſſe mortalibus. Eam ex hominum cœtu eectam atque in exilio agentem, dum reſtiuere Chriſtus nititur, quæ paſſus eſt, noſti. CHAR. Vnde hæc hominibus improbitas Minos? nam & homo ipſe fuiſti, & diu Cretenſibus imperaſti, res eorum moderatus. MIN. Quam mox iſtud, nunc illud inſpice, & conſidera, quod unum tibi cum primis eorum declarare poſſit improbitatem. CHAR. Expecto quodnam hoc ſit. MIN. Audi & deteſtare. Nam & ipſis nunc mortalibus deteſtabiliſſimum videri ſatis ſcio, quod Chriſtus ab iis hominibus, quos docuiſſet, quibus cum tot annos innocentiſſime conflictatus eſſet, crudeliſſime occiſus ſit: à nobis vero & turbis his, quibus eſſet incognitus, ubi primum viſus, ſtatim cultusque & adoratus fuerit. CHAR. Quod quidem facinus inprimis abominor, & cauſam nunquam admirari ſatis poſſum. MIN. Admirari deſinas, ſi mentem ad philoſophiam revocaveris, etenim oportet memorem eſſe philoſophantem: & profecto

dies ille memorabilis apud manes fuit, qu vocatus eſt ad judicium Stagirites ille, qu ſe Peripateticum agnominabat, quod d præceptore ſuo partim perperam ſenſiſſet partim ingratus in eum fuiſſet. Hunc itaqu die dicta, cum rerum à ſe commentarum ra tionem redderet, quaſi ab initio diction diſſerere ita memini, duplicem eſſe homin naturam; alteram rationalem, alteram carer tem ratione: atque hoc ipſum quod ratic ne careret, duplex eſſe dicebat: alterum prol ſus ſemotum à ratione, alterum vero ſoler ad rationem ſeſe adjungere, eique obtem perare. Cupiditates igitur appetitionesqu vehementeis atque incompoſitas nullis ad hibitis frenis ſolere partem illam, quæ ra tionis eſſet audiens, ita dejicere de ſtatu ſuo ut nullum ea ad medium illud retinendun adjumentum afferre poſſet: hinc ortum du cere vitia, ſeditionesque cieri & bella, cæteraque oriri mortalium mala. Hinc veritatem moleſtam illis eſſe, ob eamque cauſam nec audire, nec pati eos velle, qui juſta honeſtaque præcipiant. Hoc itaque plane in ignem Pythagoram conjecit, hoc Socratem veneno extinxit, hoc ipſum item Chriſtum cruci affixit. Cæca igitur mortalitas, ſuisque victa libidinibus atque in furorem acta quem occidit, noſſe nec potuit, nec voluit: nec ſi qui bene illum norant, tutari potuere, quippe qui admodum eſſent pauci, rara eſt enim omnis bonitas. At manes, quod corporibus non impedirentur, cognoverunt illum, &

qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

ui corporis contagione mundi atque ex-
urgati omnino erant, ſecuti etiam ſunt.
CHAR. Et quanta cum frequentia & plau-
a, à corpore igitur omnis illa malorum o-
igo & cauſa, quam ab animo? MIN. Origo
uidem tota eſt à corpore, verum & animus
ccuſandus eſt, qui vinci ſe, cum imperare
lebeat, ſinit. Felicem igitur te, Charon, qui
orporis vinculis ſolutus ac liber ſemper fui-
ti, nec te aut titillantes illæ voluptates cor-
orum dominæ commoverunt unquam,
ut cupiditates egerunt præcipitem, quæ in
ominibus infinitæ quidem ſunt atque in-
atiabiles. Sed nos fortaſſe longiores ſumus,
munerique iſti tuo, quod vacationem vix
ullam patitur, impedimentum dicendo at-
ulimus. CHAR. An quod eſſe poteſt mole-
ſtum tempus, quod philoſophiæ impendi-
tur? Atque utinam ſucceſſiva hæc tempora
ſæpius darentur. Sed tamen quantum mu-
nus hoc meum, cui deeſſe ne minimum, ut
ſcitis, poſſum, patitur, id omne ad philoſo-
phiam confero: ea laborum meorum ſolatrix
eſt & comes, ea ſolum eſſe me non ſinit, atque
à multitudine, quæ me aſſidue circumſiſtit,
longius etiam ſegregat. ÆAC. Aciem in-
tende Minos, nam cum Charonte ſermonem
iſtum dum habes, ſub occidentem ipſum,
quaſi nubem quandam eamque perquam
tenuem videre viſus ſum, quæ ni me oculus
fallit, cogi paulatim incipit. CHAR. Qua-
nam è cœli regione? ÆAC. Ab occidente,
paululum ab leva tamen. CHAR. An tenuiſ-

ſimus quidam fulgor eam præcedit? ÆA
Præcedit. MIN. Bene habet: Mercurii co
noſco talaria, quamobrem portitor illuc
ulteriorem ripam cymbam adige. Nos h
potius Mercurium maneamus.

MINOS, ÆACUS.

EN Æace conſideras quanta ſit vis inſt
tutionis? quem nunc philoſophum v
demus, qui principio remex erat, quid
cioſus ageret? quid ſi à primis annis audi
ſet philoſophos? ÆAC. Nec animo volen
quicquam poteſt eſſe difficile, nec ætas a
diſcendum tarda eſt ulla. Nam quanquar
adoleſcentiæ flores magnam præ ſe ferun
ſpem, omnis tamen fructus eſt ingraveſcen
tis ætatis. MIN. Veriſſimum hoc quidem
Sed tamen neſcio quomodo, quod nobi
pueris, contingebat, vehementior quidan
inſtinctus adoleſcentes impellit ad virtutem
& laudem, in ſenibus tarda ac remiſſa ſunt o
mnia. ÆAC. Major eſt in illis impetus, ra
tio imperfectior. In his autem quia ratio per
fecta, vita etiam perfectior eſt. Adoleſcen-
tulorum quoque ſtudium omne, cum ſit pro-
pter laudem ſenum, gratuita virtus eſt. MIN.
Ita natura comparatum eſt quæ ab initio cu-
ram hominis ac rationem habens, uti è flori-
bus fruges, ſic ex adoleſcentulorum teneri-
tate atque inſcitia, ſenum voluit provenire
ſapientiam. Meminiſti quod pueris nobis ſtu-
dium eſſet, dum niſi inviti in ludum atque
ad Grammaticum non ibamus, animus o-
mnis

nis erat in nucibus. Delitiæ noſtræ catel-
is, coturnix, monedula. Ex his tamen ini-
is vide quos uterque progreſſus fecerimus.
Iam & tunc ferociſſimis gentibus bene vi-
endi leges tulimus, & nunc Deum volun-
ite animis præſumus judicandis. Itaque cum
tate ſimul creſcit ſapientia, cujus puer ſtu-
iosus eſſe non poteſt, in quo maturum ni-
il ſit. Et cum ætas omnis ad ſapientiam pro-
eret, longiſſime ab ea diſtat pueritia: quæ
enerrima cum ſit, paulatim eſt aſſuefacienda.
ÆAC. Prudentiſſima in hoc quoque arti-
ex natura fuit & fabricam ſuam admirabili
artificio compoſuit: nimis tamen arctos illi
erminos ſtatuiſſe viſa eſt, ſatiſque brevem vi-
tam dediſſe homini quem ad tam multa ac
magna genuiſſet. Ipſi ſcimus quoſdam dum
rerum nobis ſuarum rationem reddunt quan-
topere admirati fuerimus, quibus ad perfe-
ctam ſapientiam præter tempus nihil aliud
viſum ſit defuiſſe. MIN. Vide quæ loqua-
ris Æace, & altius rem intuere. Quæcun-
que natura fabricata eſt, intra certos termi-
nos compeſcuit. Haberent cupreſſus hæ quo
cacumen extenderent, ſed & his ſuus eſt cre-
ſcendi modus. Habent terræ, habent ma-
ria fines ſuos. Hominum quoque uti cor-
poribus, ita & cognitioni quidam fixus eſt
limes, quin etiam naturæ ipſius finita vis eſt.
Atque ut octingentorum annorum homi-
nis vita eſſet, nihilo tamen plus, quam nunc
ſaperet, cum octogeſimum agit annum:
quod non dierum ſpatia; ſed humani quali-
tas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

tas corporis efficit. Etenim octingenario
in tanto longiore adoleſcentia, non ma
contigiſſet rerum cognitio, quam octoge-
rio huic in longe breviore. Nam & ſtirpes
animalia quæ diutius vivunt tardius fruct
ac fœtus proferunt: Citius quibus brevior c
ta eſt vivendi meta, quodque ipſi ſæpe vi
mus, qui pueri nimis cito ſapiunt, aut n
multo poſt diem obeunt, aut ubi viri evaſer
multum de illo amittunt acumine & ſtudi
Sed cum ſit genus hominum ſuperbiſſimun
ſua parum ſorte contenti, vitæ brevitatem a
cuſant: nec intelligunt qui plureis ætates v
xiſſe memorantur, eos nec Solonem, n
Catonem ſuperaſſe virtute ac ſapientia, qu
ipſi cauſas ſuas dicentes cum audiſſemus, a
gre tulimus, tale illud collegarum par nob
à Plutone non dari. Quod autem defuiſſe il
lis tempus putes, cognoſcendo vero, qui et
jam cœlum dimenſi ſunt ſtadiis, quique pa
illiſne, an impar eſſet ſtellarum numerus
ſcire tam laborarunt. His & ocium, & vit
ſuperabundaſſe mihi viſa eſt. Nam quid d
iis dicendum ducas, qui ſuccis rerumque plu-
rimarum temperamentis adhibitis, & in u-
num coacervatis, multoque igne conflatis,
faciendo auro, dies noctesque ac totam vitam
conterunt? quod quidem abuti eſt & natura,
& tempore. Quid qui commenti ſunt deos
inter ſe bellum gerere, quorum cum vulne-
ra, tum caſus alios deſcribunt? nonne qui nu-
gis iis occupati fuere, jure videntur de levi-
tate ſua, quam de vitæ brevitate debuiſſe
quæri?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

æri? ÆAC. Rerum ſimul naturam ac ho-
num expreſſiſti vanitatem, ut vere, ut a-
rte. Et profecto ita res habet, ut qui ni-
io plus ſapere ſtudeant, ii demum præter
æteros deſipere inveniantur. Sed cohibenda
oratio, conſiderandumque quid eſt, quod
ercurius è tanta multitudine vix ſeſe queat
imere. MIN. Recte mones, & quidem il-
frequenti circumſeptus eſt turba. An quod
omni ſint hominum colluvione ſecernere
mbras nititur, & earum frontes inurere?
uo & genus illarum & artes & diſciplinæ fa-
ilius cognoſci à nobis valeant.

MERCURIUS, PYRICHALCUS.

RECEDE iſthinc tu cum venali hac ple-
becula Pyrichalce, inure hos nota illa Ju-
laica. PYR. Genus agnoſco; artem ſcire
cupio. MER. Fœneratores hi omnes. At vos
iniſtram in ripam concedite. Sequimini
hunc. Lenones properate. Noſti qui ſint &
notis quibus inurendi? PYR. Artem novi,
ſed ut video, gens non una eſt. Flandrius hic
eſt, Germanus ille, manus iſta partim Illy-
rica eſt, partim Italica. Hui quantus Hiſpano-
rum numerus, quantus Græcorum & profe-
cto è cujuſque nationis populus, plurimos
cum hic lenones videam, rariſſimas neceſſe
eſt in terris pudicas inveniri mulieres. Heus
miniſtri, candentem illam lamiam deprope-
rate. MER. Et hos ſtatim uſtilate. Pyratæ ſunt
Sardi, Siculi, Celtiberi. PYR. Videlicet
his

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

his omnibus urendæ frontes, nareſque mu
landæ. MER. Ferrum expedi, dextrorſu
huc vos: Hi Galli ſunt, fartores, caupon
coci, tibicines, aleones, ebrioſi omnes ac ſt
lidi. PYR. Si recte memini, guttur his co
pungendum, clavus cerebro figendus e
MER. Atqui nullis eſt Gallis cerebrum, qu
circa ventres potius figito. Cæteram illa
multitudinem è cujuſque modi hominũ
genere ſecerni jubeto faber, dum ego inſ
gnioris notę quoſdam tanto in populo ſelig
Ecquid hic eſt audacia tam perdite? vultum
gnoſco. Et quidem ſceleratiſſimus hic fu
Petrus Biſuldunius Celtiber. At duo illi po
hunc, qui habitant velati puniceo galericu
lo, & hi perditiſſimi fuere ſacerdotum om
nium. Alter Ludovicus Aquilejenſis Patriar
cha, Samorenſis Cardinalis alter. Pyricha
ce, æreum his galerum capiti imprimito, id
que inprimis videto, ut ſit candens. Biſuldu
nio illi auriculas detondeto. Hæc agito. Cha
ron enim ut video, hic me in portu manet
manibuſque & capite jam pridem innuit. Ac
cedam ad eum, ut cur accerſar ex eo cogni-
tum habeam.

CHARON, MERCURIUS.

SALVUM te ac ſoſpitem veniſſe Mercuri
gaudeo. MER. Vbinam eſt Charon phi-
loſophia, quam profiteris? Deum ſoſpitem
veniſſe gaudes, ac ſi nocere quippiam poſſit
Deo. CHAR. Et Deus male habitus ab ho-
mini-

inibus fuit, dum inter eos ageret:& cœlium
ereor ut ſecurum ſit, tot tam inter ſe diſ-
ntientibus diis, quorum alius ſacrum im-
ittere ignem dicitur, promittere ſanitatem
ius: hic bellis gaudet, pacem ille procurat:
t qui cæcitatem inferat, eſt qui lumen re-
ituat. Multi feriunt, nonnulli medentur.
Quid hoc diverſius? jure igitur periculoſam
nihi deorum vitam arbitror, in tanta varie-
ate ac diſcrepantia, præſertim cum è ſupre-
nis cœli regionibus dejectus, & quidem non
nus, ſed magnus etiam Deorum numerus
liquando fuiſſe dicatur. Quamobrem non
ſt quare ſalutationem hanc meam accuſes,
nam cum alia te pericula evaſiſſe gaudeo,
um vel cum primis magnam mihi volupta-
em affert, quod mulierum evaſeris veneficia,
quæ & manes aſſidue vexant. MER. Nihil
norum timendum nunc diis eſt, poſtquam de-
ſierunt puellas rapere. CHAR. Conſueve-
runt ne cœleſtes, an ſpadones lex aliqua fie-
ri eos juſſit? MER. Fuerunt illa prioribus ſe-
culis, dum Lacedæmonii nudas virgines lu-
ctari ad Eurotam una cum adoleſcentulis vo-
lebant, eorum ludorum cœlites & ipſi ſpe-
ctatores cum adeſſent, ac nonnunquam ad
cœnas vocati, merito exarſere in libidinem.
Nunc vero mulieres, quod aut clauſæ tenen-
tur, aut multis circumſeptæ tunicis incedunt,
deos non commovent. Lex quoque lata eſt,
cui & dii omnes ſubſcripſere, qua cautum
eſt, ne quam mortalem cuiquam liceat im-
mortali cognoſcere. CHAR. Quænam cau-
ſa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

ſa ferendæ legis? MER. Forte Jupiter in T.. rentinam virginem commotus cum eſſe, versus ille in adoleſcentulum, dum illius nimis efflictim ſuaviatur, quod erat qua fucatiſſimum, labem inde contrahit, dent que haud multo poſt de contactu illo amiſ. Tum dii ægre ferentes regem ſuum eſſe ede tulum, promulgandæ legis autores fuer CHAR. An quæſo Jupiter nunc eſt ſi dentibus? MER. Minime. Nam cum ren ſci nequirent Deo tam annoſo, elephantin ſibi faciundos curavit. Multa vero hæc ſt tura eſt mulieribus, ut venire amplius i deorum complexus non liceat: permiſſu tamen eſt ſacerdotibus, quod eorum ſicu miniſtri, ut in eum ſuccedant locum. CHAR Hoc eſt credo quare delectat diu vivere, quo nova quotidie diſcantur. Verum ne congre ſus in noſtri utriuſque ſimul munus impe diant: etenim inter navigandum multa ſati commode tranſigemus: ſcias & quid eſt, quo ego te velim, & quid tibi facto ſit opus. Am bo te judices, Minos dico, & Æacus, illic ir ripa expectant, mirifice cupientes tecum col loqui, quando triduum jam è terris adveni nemo, multa enim verentur. Itaque æquum cenſeo, ut illorum prævertens imperiis quam primum naviculam aſcendas. Quod faciens rem tum illis gratiſſimam, tum te ipſo di gnam feceris, & compungendis his tempus Pyrichalco dederis, quod te primum curare oportet: quis enim tantos greges noverit, in notis quiſque ſuis ſignati venerint? MER.

Recte

ecte ſuades , mos ei gerendus eſt. Tu ſi tibi
detur , velum explica , nam à tergo lenis
tortus eſt flatus. CHAR. Perquam liben-
r. Hac enim ratione citius provehemur in
ortum, & remigandi mihi diminuetur labor.
ER. Quam pleno velo ferimur? CHAR.
uras ſolicitavit , æſtivis diebus ſuſcitari hac
adem hora quæ ſolent. MER. Quinam ven-
diebus his vobis flavere? nam in terris ma-
nam vitibus , majorem oleis , citriiſque Bo-
eas vaſtitatem intulit. CHAR. Nobis A-
herontius , ac ſolito clementior. MER. Cha-
on , Charon , quid quod video crudo piſce
ominem veſci? CHAR. Ne mirare. Cy-
icus hic Diogenes eſt. MER. Quid quæſo?
ivit ne in flumine? CHAR. Vivit. Nam
ipæ ut vides altiſſimæ cum ſint: nec ipſe
quicquam omnino habeat , quod haurire a-
quam poſſit, maluit hic ubi & piſces habeat, &
quam paratiſſimam , quam in aliis herebi lo-
cis vitam agere. MER. Valentiſſimo utitur
tomacho. Quis quæſo fluvidus ille quem
ſubinde videmus , perinde ac ſi mergus eſſet:
nunc mergere , nunc emergere , quod alias
vidi nunquam. CHAR. Nihil minus igno-
ras , Thebanus Crates eſt. Aurum quæritat,
quod olim projecerat. MER. Recte teneo.
Equidem memini cum Athenis aliquando
Panathenæorum die eſſem , irriſum eum ve-
hementer à Peripateticis , primum quod is
rerum fines ignoraret , nec quarum rerum u-
ſus eſſet bonus , eaſdem quoque poſſe fieri
bonas intelligeret. Etenim pecunias uſus
com-

comparari gratia, quæ ut nec bonæ per-
ſint nec malæ, prudentem tamen atque ho-
neſtum poſſeſſorem uſu ipſo bonas efficer
Deinde quod male ſenſiſſet de philoſoph.
Quem enim melius, honeſtius, ſanctius, qua
philoſophum pecunia uti poſſe? deinde ſi
neri haberet divitias, cur non aliis potius f
rendas atque utendas dediſſet? quas ipſe in
prudentiſſime in mare abjeciſſet, ubi nec ho
minibus, nec piſcibus uſui eſſe poſſent. CHA
Et quidem jure irriſus. Sed quæſo Mercur
quando in Athenarum mentionem incid
mus, dicas cur non Athenienſis populus
quas Plato tuliſſet leges acceperit? cujus
eloquentiam & doctrinam (plureis enim di
mecum habui differentem) magnopere ſur
admiratus. MER. Magna illos movit ratic
Nam cum de illius legibus Cal. Græcis cun
populo eſſet actum, ita plebs ſcivit. Quand
Reſpublica quam Plato inſtitueret, apuc
Germanos eſſet, accederet Plato ad barba
ros, eſſe apud illos Vbiorum civitatem, qua
leges eas ſervaret, populum Athenienſem ſi
neret his legibus vivere, quas à majoribu
ſapientiſſimis viris latas accepiſſet. Senatu
quoque conſultum in hæc ſcriptum eſt ver-
ba: Quando Græci pro recipienda Helena
viroque reſtituenda univerſi conjuraſſent
bellum Trojanis intuliſſent, ſumptus tantos
feciſſent, tot clades paſſi eſſent, non licere
Platonis leges accipi, quæ mulieres commu-
nes, uxorem nemini certam eſſe, pudicitiam-
que quæ una aut certe maxima mulierum
virtus

irtus eſſet, nullam in civitate eſſe vellet. Hoc
go ſenatus conſultum & Athenis, & in ple-
ſque aliis Græciæ conventibus recitatum
nemini. Diſcipulus quoque ejus Ariſtote-
es multum de illius autoritate detraxit. Fuit
nim magiſtro argutior, nec tamen receſſit
civili conſuetudine. CHAR. Et magnæ
& honeſtæ cauſæ fuerunt. Ejus igitur libri
multis condemnantur, diſcipuli vero le-
guntur. MER. Quid ni & magno hono-
re habentur etiam apud barbaros. CHAR.
Eram ipſe fortaſſe, ut quidem eram de labo-
re feſſus & mens aliis occupata. Sed tamen
viſus eſt Ariſtoteles nimis obſcurus & cau-
tus, cum hac eadem in cymba quædam ex
eo quærerem. Quin etiam licet mecum
dum loqueretur corporis vinculis ſolutus vi-
veret, nihil tamen certi adhuc de immor-
talitate animæ reſpondebat. Poſt tot igi-
tur ſecula ſcriptor tam argutus & ſubtilis,
non uſque adeo eſt, ut arbitror intellectu
facilis. MER. Vix riſum teneas Charon,
ſi tibi ipſe retulero, quam facete rhetor ar-
gutulum quendam philoſophum nuper irri-
ſerit. Nam cum ille nimis intorquere A-
riſtotelis ſenſa vellet, Auditores, rhetor
inquit, ſcitote non cum philoſopho mi-
hi, verum cum ſutore contentionem eſſe:
quod enim ſutoris eſt proprium, dentibus
alutam producere, hoc noſter hic in A-
riſtotelis dilatandis dictis facit. Quocir-
ca videndum tibi eſt philoſophe, ne ge-
nuinos relinquas in corio. Hinc factum

eſt

eſt Charon tritum illud jam , bene dentatu
eſſe theologum oportere. CHAR. Feſtiv
ſime rhetoris , ſed obſcuritas utrumque fo
taſſis & philoſophum excuſaverit , & theolo
gum. MER. Nequaquam in obſcuritate o
mnia , verum ut mihi videtur duplex rei h
jus eſt cauſa. Altera , quod qui nunc philoſo
phantur , ignorant bonas literas , quarum A
riſtoteles gravis etiam autor fuit. Alte
quod Dialectica corrupta fuerit à German
primum & Gallis , deinde & à noſtris. In e
que maximam nunc ruinam faciunt. CHAR
His nuper artibus me adortus eſt Sophiſte
MER. Videlicet ex horum erat numero ,
fortaſſis ex illorum ordine, qui fratres dicun
tur. CHAR. Recte. Nam prænomen e
frater erat. MER. Cautiſſimum itaque o
portet eſſe te , ac verſutiſſimum quoties i
eorum aliquem incideris. Nihil eſt enim quo
argumentando non conſequantur, imo quo
non extorqueant , & ſcio quomodo , ut veli
nolis aſſentiendum ſit eorum dictis , facile
que hoc pacto efficiare è Charonte aſinus
CHAR. Nimis ridiculus es qui id arbitrere
in aſinum me ne illos captiunculis ſuis verſu-
ros quaſi Appulejum amatorio poculo? quem
ego vix agnovi cum hoc iter faceret. Nam
auriculas & ſupercilia adhuc retinebat aſini.
Egregie tamen philoſophabatur & jucundus
in diſſerendo erat. Eum ego cum in aliis mul-
tis ridebam , tum in hoc quod ordeaceum pa-
nem ſiligeneo prȩferret. Etenim veſtigia quæ-
dam in eo reliqua erant aſini guſtus , & bene
ſubru-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

brudebat. Verum ut ad Sophiſtas redeam,
on eſt cur illos magnopere timeam. Quippe
ui cognitis recte principiis, dum bene par-
ar, dum vere definiam, capi ab illis nullo
odo poſſim. Sed dic Mercuri obſecro, quod
unc genus hominum in terris lætius ac libe-
ilius vivit? MER. Sacerdotes lætius, quos
tiam in funeribus cantanteis audias. Libe-
us medici, ut quibus permiſſum ſit homi-
em impune occidere. CHAR. An non ca-
itale apud illos eſt parricidium. MER. E-
am, medicos tamen lex non modo abſol-
it, verum mercedem quoque ejus ſtatuit.
CHAR. Quam inique comparatum. MER.
Quinimo jure eos lex abſolvit. Siquidem
medicus non occidit, verum qui medici uti-
ur conſilio & opera. Quam quidem vel ma-
gno conducunt precio. CHAR. Igitur ci-
iles hoc leges conſiderant? MER. Conſi-
lerant, prudentiſſimi enim mortalium fuere,
qui primi eos tulere, maximamque habuere
ationem civilium actionum omnium & pu-
blicarum & privatarum: quippe qui nullam,
nec vitæ, nec artis, nec facultatis cujuſpiam
partem contempſere, nulliuſque unquam pa-
triſfamilias tam exacta fuit domeſticæ rei di-
ligentia & cura, quam horum ipſorum huma-
næ ſocietatis. Verum qui eas nunc interpre-
tantur, prudentiam in malitiam vertentes ju-
ra venditant, leges contaminant, fas nefaſ-
que ſolo diſcernunt precio, ut nulla homini
in vita major ſit peſtis, quam ubi eorum in-
digat patrocinio. Quocirca factum prover-
bium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

bium eſt, litis comitem miſeriam eſſe. CHA.
Hoc illiud eſt, quod nuper præco dum
ad prætores citaret, forenſeis Harpyias inc.
pitabat. Sed jam Mercuri colligendorum
dentum tempus nos admonet, horaque
ſcenſionis appetit. Itaque quanquam o
tionis nunquam me ſatietas capere poteſt tu,
quippe cum idem ſis eloquentiſſimus & h
manarum, divinarumque rerum prudent
ſimus, videndum tamen eſt, ne noſtru
hoc quærendi ſtudium, ab agendis nos reb
avocet, neve ſummum magiſtratum qui
adventu tam ſolicitus eſt tuo, ſpe ducam
longiore. MER. Hoc eſt quod mecum
pſe adeo lætor, tam ſecundo flatu, curſu
nos hunc confeciſſe. Et vero meipſum e
pedio, ac ſi tibi videtur, illic ubi minin
cœnoſum eſt vadum deſcendamus. Inde p
dibus ad prætores iter faciemus per amœni
ſima illa prata, & ſecundum rivulum illun
qui tam leniter immurmurat: & hoc non ta
mea cauſa (ipſe enim talaribus ubi opus e
utor, & in quotidianis fere ſum tum itiner
bus, tum deambulationibus) quam tua, cu
quando nam toto anno contingit cymbar
ſemel egredi, & brevi ſaltem deambulatiun
cula uti? CHAR. Vt recte dicis, ut rem mi
hi gratam facis, illam ipſam igitur maxim
virentem ripam teneamus: & per Plutonem
quam fons ille limpidum ſcaturit. * Ramun
illum Mercuri quam raptim comprehende
MER. Comprehendi, bene habet conti-
nens jam noſtra eſt. CHAR. Licet igitur de-
ſcen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

endas, tantiſper me in herba manens, dum
axillo illi naviculam illigo.

CHARON, MERCURIUS,
ambulantes.

ET inter graveis occupationes ceſſatio grata eſt omnis, & ſi qua interim voluptas effertur, ea quam eſt ſuavis? equidem go ita ſemper duxi, voluptatem raram eſſe lebere, ac tum maxime delectare cum ſit uam honeſtiſſima. Otium vero nunquam pſe probavi, niſi quod cum reficiendis corporibus, tum levandis animis concedatur. Ne biennio toto majorem hac cœpi voluptatem: ut blande rivus hic ſuſſilit? vide quam perſpicuus eſt, quam etiam nitido luit alveo? MER. Talis Clitumnus per Umbros fertur, & quanquam multarum is eſt aquarum dives, hic tamen quod gurgites nullos efficit, ſed continuo & leni currit tractu, ripas habet amœniores, & magis delectat. Sed qualia tibi parata videntur hæc Charon? CHAR. Quam grata flórum amœnitas? & quanta copia, ut halatiles. Hæ ſunt ferrugineæ: MER. Violas illas mortales vocant, ex his ſibi coronas faciunt, multoquè miſcent liguſtro. CHAR. Quod eſt obſecro liguſtrum? MER. Quod in margine illo tam candido, frequenti flore nitet. CHAR. Albicantium noſtri vocant. Quam me limes ille delectat? MER. Et quanto in precio flos is habetur apud ſuperos, roſam vocant,

P

cant. CHAR. Videlicet roratilem di-
MER. Eam ipſam roratilem, Verum age
luc reſpice, an quicquam his pratis illo
videatur hiacyntho pulchrius? CHAR.
qui ut ſcias Mercuri, flos ille lachrymu
mane mittit, hinc mœrentiolum holito
nominant. MER. Et apud mortales qu
dam habere notas doloris dicitur. CHA
Itineris laborem non ſenſimus in tanta l
florum varietate, cujus quod paulum a
modum neſcio quod reliquum videtur,
magis properandum cenſeo. MER. Hoc
pſum conſiderantis eſt viri, in ipſa quoq
voluptate tempus non labi fruſtra ſine
CHAR. Atqui labor in voluptate non ſe
titur, & actio etiam omnis in ipſo agen
curſu eſt perjucunda. Sed pratis jam pr
teritis umbras ſubimus, ac ni me oculus f
lit, ſub procera illa & annoſa cupreſſo, j
dices præſtolantur. Quocirca in nemore
oberremus, defixa in cupreſſum acie ad e
contendamus.

MINOS, ÆACHUS.

QVAM juvit utrunque noſtrum facil
iſta deambulatio; & ſeſſio hæc qua
poſtea ſuavis fuit, procul à judiciis, procul
forenſi ſolicitudine? ut dies hic (qui Cr
tenſium ac meus maxime mos fuit) albo
lapillo numerandus, & tamen ceſſatio ip
nec deſes fuit nec languida. ÆAC. Inpri
mis me ſilentium beavit, & concentus ill

vium tam diverſarum, qui cæteris ab rebus
mnibus ſic avertit animum, ut nulla inte-
m de re alia aut ſoliciti fuerimus, aut locu-
. Quid umbræ amænitas? quid arbuſcula-
um tam ordinata diſpoſitio: rivulique inter-
bentes læto, tam florido ac frondenti mar-
ine? Acceſſit Mercurii adventus, qui omnem
xpectationis noſtræ ſolicitudinem leva-
it, ac navigatio tam ſecunda, & ni me fal-
unt aures, utriuſque pedum Charontis at-
ue Mercurii ſtrepitum ſubaudire inter vir-
ulta viſus ſum: & per Plutonem eccos.
Humilior eos excepit Juniper. Jam appa-
ent. MIN. Vt libenter eos video, ut Mer-
urii adventum gaudeo, atque adeo nihil
oſtræ huic voluptati defuiſſe videtur, quin
omni è parte numeros impleverit ſuos. Sed
quid quod Mercurius ſolito incedit lentior?
ÆAC. Ne verere, expectandi Charontis it
tardior gratia. Is enim tardiuſculus eſt, quan-
do qui exercentur in navi, brachiis quam
pedibus magis valent.

MINOS, ÆACUS, MERCURIUS,
CHARON.

EXpectatus venis, atque adeo deſidera-
tus mihique & collegæ huic Deus ſa-
pientiſſimus, nuntius diligentiſſimus. CHAR.
Solidiſſimam nobis adfers adveniens volu-
ptatem, facturus eam oratine tua longe
ſolidiorem. MER. Quod adventus vobis
voluptatem attulerit meus gaudeo. Idque

eſt mihi quam jucundiſſimum, & ſi quid
quod ego ipſe vel dicendo vel reſponder
declarare poſſim amplius, id in voluntate
tum eſt veſtra. Dicam ubi juſſeritis, au
interrogare malueritis, reſpondebo. Im
ria enim veſtra utpote æquiſſimorum pra
dum, fore quam æquiſſima ſatis ſcio. Qu
enim uterque veſtrum niſi honeſtiſſimu
exigere, præſertim à Mercurio poteſt? E
nim judices, quod dicere hic liceat, nim
quam male de me eſt meritum humanu
genus. Furtis me præficiunt ac præſtigi
qui ſim vel acerrimus furum ultor; præſti
asque uſque adeo oderim, ut quotidie in
ᴄter magis. Sed cum in pleriſque aliis, tu
in hoc maxime peccant homines, quod ſc
lerum ſuorum deos tum autores faciunt, tu
magiſtros. Mihi & diis cæteris nulla maj
eſt, quam honeſti cura. Atque adeo turpit
dinem omnem deteſtatam habemus ut pr
cibus hominum quanquam honeſtis, tame
ſi turpem aliquem finem reſpectent, aur
præbeamus occluſas. Quod autem Min
Deum me appellas ac ſapientiſsimum dici
facis pro tua illa veteri in me, dum inter h
mines ageres obſervantia & cultu: tame
ſic habeto, Deum eſſe me & è cœleſtium n
mero, ubi in cœlis aut in terris vagor. Hi
vero apud inferos tum apparitoris, tum i
ᴄtoris fungi, non Dei officio. Sapientiſsimun
vero nec me, nec deorum quenquam dixe
ris, neque enim tali dii indigent nomine
quippe qui labi, errare, decipi, ignorare ne-

neant. At apud mortales, qui tanta offuſi
nt caligine & nube, nomen ipſum ſapien-
s inventum eſt, ut ab ignorante, & ſtulto
, qui ſaperet diſcerneretur, quanquam ve-
ſapiens apud illos adhuc inventus eſt ne-
io. Lictor igitur atque apparitor ad vos ve-
lo veſtris imperiis pariturus. MIN. Et Deum
: Mercuri, ut par eſt, veneramur & ſapien-
ſſimum appellamus, quando quo te hone-
iori exornemus nomine non habemus; ac
metſi lictoris fungare muneribus, non-
e ipſe ſcis etiam inter mortales maximo-
im regum lictores in maximis quibuſque
nagiſtratibus jus dictionemque exercere?
Quamobrem & nobis ut imperes, jusque
asque eſt. Noſtra vero intereſt tibi ut obe-
iamus, ſtudeamusque doctiores te fieri,
uando & doctrinæ inventor fuiſti, & re-
um occultiſſimarum interpres. ÆAC. Quod
pace tua Minos dixerim, neque cum Mer-
urio contendendum eſt tibi, qui primus &
prudentiæ & eloquentiæ præcepta tradide-
it. Neque expectatio noſtra longiorem
fert cunctationem, æquius igitur magisque
ex uſu fuerit, quam primum ei cauſas expli-
care, cur hic eum jamdudum præſtolemur.
MER. Et Dei eſt, cui cogitationes quoque
hominum notæ ſunt, id non expectare,
dum expliceti s& Charon certiorem me ſo-
licitudinis fecit veſtræ, principio Italia un-
de ipſe nunc venio, magnis quaſſata eſt
terrarum motibus, permultaque oppida
proſtrata ſolo jacent. Fontes plurimi par-

tim mutarunt iter, partim aruere. Vid
editiſſimos montes illic ſubſediſſe. Hic
ga majore quadam vi ſuis avulſa radicib
longius perlata, magnoſque hiatus facto
majores paludes. MIN. Patiare qua
Mercuri (avidiores enim ſumus) inter
plicandum ſciſcitari quædam nos & ca
ex te quærere. MER. Oppido quam libe
ter. MIN. Dicas igitur, non quod
tem remedium, ne cunctæ domus cor
ant, inventum atque adhibitum in tam
hac calamitate fit ab hominibus. ME
Non uſque quaque infirmum ſed tamen
lubre pro tempore. Tignis proceribus p
rietes vinciunt, eaque concatenant: cu
quibus quanro ſalubrius actum eſſet, ſi a
fectus ſuos vincirent ratione, nec cogit
tiones tam evagari ſinerent, quod ſing
lis vix ſeculis ſemel accidit in eo avertend
magnopere occupati ſunt omnes: quæ ve
pericula, ac mala ſingulis pene moment
ſuæ ipſorum nefariæ cupiditates afferunt
ad ea volentes, lætique feruntur. Nocte u
poſt aliquot etiam ſecula, quod ad vigin
hominum millia ſub tectis oppreſſa ſunt,
mnes hoc horrent, incuſantque ac damna
naturam, quæ vix ſcio quamobrem ampli
illos ferat. At bella quæ unius horæ mome
to, & fere quotannis, multa hominum mi
tia exhauriunt, interdum regna tota, popul
ſiſſimasque extinguunt nationes, qua no
arte quærunt? in his ſeſe exercent. Hic ill
ludus, hæ delitiæ ſunt. Summum habetu

ecus , caput hoſtis affixum haſtæ referre-
AC. Nihil profecto video eos mutaſſe in
elius , ex quo ipſi homines eſſe deſumus.
ER. Vix unum. ÆAC. Quodnam illud?
ER. Imperitantibus vobis , viri uxores a-
ltas repudiabant. At nunc ferro enecant.
IIN. Quid Mercurium ea quærendo fati-
as , quæ tute probe noveris? an non com-
ertum ſatis habemus deteriores illos quo-
die atque indies fieri? MER. Exequamur i-
itur alia. Exortus eſt Cometes, qui cum
raviſſima bella , tum regnorum portende-
e everſiones ſoleat, omnium mentes atque
nimos concuſſit , etiam futurorum metu
nalorum , æquiſſimeque cum illis agit deo-
um omnium maximus : qui non præſenti-
us ſolum malis eos cruciat , ſed futurorum
netu ſolicitat , atque hanc præcipue pœnam
llis ſtatuit, qui quæ futura ſint ſcire nimis
uam laborant. MIN. Cur oro Mercuri , re-
um eventa neſcire hominem Deus voluit ,
uorum cognoſcendorum tam ſunt ſtudio-
i omnes? MER. Quod inutilem ſciret futu-
orum ſcientiam mortalium generi. MIN.
Quonam pacto inutile eſſe poteſt , quod e-
venturum ſit noſſe? ſiquidem mala vel evi-
tari penitus , vel ex parte ſaltem aliqua mi-
nui cognita poſſent , bona vero antequam
evenirent ipſa etiam ſpe atque expectatio-
ne mirum in modum delectarent animum.
MER. Omnis quæſtio quæ de conſiliis ha-
betur ac decretis magni Dei profana eſt, mi-
nimeque nobis diis permiſſum eſt, ea in vul-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

gum depromere. Tamen ſic habetote: quæ-cunque eveniunt, ea aut fortuito conting-re, aut fato evenire, id eſt, divino conſilio ordine. Si fortuito, ſtultum eſt velle homines id aſſequi ratione, cujus ratio nulla ſ. Sin fato, quanquam inſita eſt homini ſcientiæ cupiditas, parum tamen capacem eu natura fecit cognoſcendii futuri, cujus cognitio captum hominis excedat. Etenim, ejus divinus ſit animus, moles tamen corporis, cujus quaſi vinculis & carcere tenetur compeditus, minus illum habilem atque idoneum reddit, cui ipſa ſeſe divinitus pandat. Cumque eventa ipſa aut bona ſint, aut mala: mala prius intellecta, miſeram afferunt ſolicitudinem nonnunquam & deſperationem. Deus autem non eo conſilio hominem genuit, ut miſerabiliorem quam ſuapte natura ſit, efficere illum velit, futurorum cognitione malorum, quæ ſciat evitare illum minime poſſe. Bona vero, tam etſi vitam jucundiorem expectando facerent, tamen qui ſcierit ea ſibi neceſſario eventura, is deſes, ignavuſque efficietur, quippe cum certum habeat eventura etiam dormienti. At Deus hominem ad agendam comparandamque agendo virtutem creavit, ægre patiens illum quieſcere, niſi tantum quantum animorum levationi aut reficiendis corporibus neceſſario detur: qui ne deſidioſus efficeretur atque ignavus, egeſtatem illi rerum omnium comitem dedit laborareque in incerto eum voluit, dum ſem-

er ejus certus labor eſſet. Sed his parum
ſi fortaſſe contenti media quædam eſſe di-
eritis quæ ſuapte natura ac ſimpliciter nec
ona ſint nec mala. Media quoque hæc ſi-
e ex cauſa ferantur, ſive fati continean-
ur neceſſitate, quod dubia appareant, ſa-
is fuerit, cum eveniunt, providere homi-
nes, ut in ſuam quiſque utilitatem, quod
oſſit, vel convertat ea: vel ſi minus id aſſe-
qui valet, ſaltem hoc aſſequatur, ne rebus
damno ſint familiaribus, ac ſi ne hoc qui-
dem, ut quam fieri poſſit minimum incom-
modent. Itaque caſus & fortuna, ut dixi,
cum ab omni procul ratione ſejuncta, in-
certa, inconſtansque feratur, quonam mo-
do quod natura ſua incertum ſit, certum id
efficere; & quod inconſtans, firmum red-
dere ratio poterit? & cujus certitudo nul-
la eſt, qua id ratione futurum mortalis qui-
ſpiam poſſit aſſequi? quæ ſi nec ſciri nec
comprehendi ratione antequam eveniunt,
poſſunt, evitari quonam pacto poterunt? u-
bi igitur iſta utilitas futurorum cognitio-
nis erit hominum generi? fatum vero vitari
multo minus poterit, quipppe cum non ſe-
cus neceſſarium ſit quod fato eventurum
eſt ut eveniat, ac illud idem poſtquam eve-
nit, neceſſarium eſt eveniſſe. At liberæ ſunt,
hominum voluntates ſint, dum volendi li-
bertas iſta vel cum primis efficiat, nihil eſſe
utile mortalibus futuras res noſſe. Quarum
cognitio quid haberi poteſt utile, ſi ubi
quid evenerit, velint nec ne id homines aut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

prehendere aut labi ſinere, in ſua ipſoru voluntate ſit poſitum? & profecto qu tam certa futuris de rebus longe prius cernendi voluntas eſſe poteſt homini? que ſat ſcimus in præſentibus hæſitare adeo ut momento eodem nunc hanc, nunc lam, & quidem contrariam identidem pr bet, damnetque ſententiam: perſæpequ ante quam quid conſtituat certum habeat occaſio ipſa prætereat. Verum de fato, a que fortuna Minos hactenus. Vtinam ne i ſcholas qui philoſophi vocantur hæc ipſ introduxiſſent, magisque ſeſe inſtitutos ve lent, ad ea ubi eveniſſent ferenda, quan quærendo illa tempus fruſtra terere, ſupra que vires intendere. Quid enim aut ſtultius quam hominem officium hominis nolle cu rare, aut magis temerarium, quam nun eundem hominem ſuis neglectis muneribu velle futurorum ſcientiam (quæ unius De eſt poſſeſſio) invadere? Quamobrem redeamus ad crinitam. Hanc obſtupefacti mortales, utinam tam noſcerent, quam admirantur: quam cum omnes metuant, omnes tamen male ominantur regibus, quaſi non privata quoque regum mala in publicam cedunt perniciem. Equidem olim ludis Megalenſibus Romæ cum eſſem, recitarenturque in theatro Græcorum ac Trojanorum res exclamare inter recitandum è doctioribus quendam memini, nobileque hoc fudiſſe hexametrum:

Quicquid delirant reges plectuntur achivi.

Et

Et vero ita comparatum eſt, ut regum pec-
cata, populi plerumque luant. ÆAC. Ipſi hæc
olim magis experti ſumus, quam nunc audi-
ta referimus. Et cauſam requirentes, invenie-
bamus reges idem in populis jus habere,
quod in corpore animus. Atque ut animorum
perturbationes corpus inficerent, ita & re-
gum vitia ſubjectos populos. Quoniam au-
tem in regum mentionem incidimus, dicas
velim prudentiſſime Mercuri, quæ nunc eo-
rum, qui civitates moderantur, vita eſt, qui
mores, quæ ſtudia, quale imperium, quam
quietus eorum ſtatus? nam quos paucis an-
te diebus pro tribunali cauſam dicenteis
audivimus, non ſatis dignam nobis ſpem
dedere ſucceſſorum ſuorum. MER. Præter-
eunda unde hæc arbitror, nam & illis apud
mortales de iis loqui ſatis tutum non eſt. Et
hic apud vos parum nunc quidem neceſſa-
rium duco. Satque hoc ſit noſſe, quod eorum
alii partim male habent populos ſuos, par-
tim ipſi male habentur à populis. Tertium
quoque portentum nimis graviter eos vexat.
Complures dies Sol radios nullos miſit, a-
ërque omnis cœruleus viſus eſt, quæ res o-
mnium animos ad ſuperſtitionem vertit.
CHAR. Obſecro æquiſſimi judices, æ-
quis animis patiamini quædam & me è Mer-
curio quærere. MIN. Jusque faſque eſt,
atque (ut pro collega etiam pollicear) ope-
ræ pretium fuerit te tantum philoſophum
audire quærentem. ÆAC. Et habetur nunc
à me vobis, & referetur olim gratia. Quam-

obrem Mercuri, ſi placet, quando & his gr
tiſſimum fore jam ipſe noſti, explices o
quam vobis diis gratia ſit iſta ſuperſtitic
MER. Nihil ea moleſtius. CHAR. Quî qua
ſo. MER. Quia ridicula cum ſit ſuperſtitic
qui ea in Deos utitur, illos quoque ridic
los facit. CHAR. Mirum quod ſuperſtiti
nem ridiculam dicas? MER. At qui ne du
ridicula, infelix etiam eſt: quæ cujus animu
occupavit, nihil eſt eo homine miſerius, cu
jus quænam vita eſſe poteſt dum omnia pa
vet, cuncta formidat, quodque infeliciſſi
mum eſt, dies ac noctes terit. Deos obtun
dendo; quos non multus ſermo, trepidæqu
muſsitationes, aut excitæ frigidiſsimis pe
ſæpe cauſis lachrymę, ſed honeſtę graveſqu
actiones ac rectæ voluntates moveant. A
Charon eos eſſe deos judicas qui hominun
gaudeant lachrymis? & bonos, & juſtos, &
continentes, non lachrymoſos Deus diligit
Etenim quid inde aut utilitatis Deo aut ho
noris, ubi nudis quis pedibus templa adit
Medicis utile fortaſſe. At Deus cur gaudea
hominum morbis, qui tot herbarum genera
quæ ſalubres eis eſſent genuerit? Atque ut ve-
rum noſcatis, nullum gravius malum homi-
nes invaſit ſuperſtitione & ſtudio, ac metu
iſto in Deos tam inani & frigido: nec tam
vera religio diis eſt grata, quam moleſta ſu-
perſtitio? quæ quam ſit deteſtabilis, hinc
tute judicato, quod tanquam cæde ſagine-
mur, ac ſanguine hominem homo nobis
mactat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

actat, quin & proprium fundit ſanguinem.
HAR. Facinus quam nefandiſſimum. An
ſecro ſceleribus his ſacerdotes ac Ponti-
ces non eunt ipſi obviam? quanquam ex
nni hominum numero atque ordine, quos
ſe quotidie tranſveho fœdioribus compun-
um nobis video neminem. MER. Nulli
e vera religione ſunt minus ſoliciti, quippe
uorum ſtudium eſt ampliare rem familia-
em, congerere pecuniam atque in ſaginan-
is corporibus occupati, & cum nimis im-
robe avari ſint omnes, nemo cœnat lau-
ius, nemo veſtit elegantius. Dudum ſa-
erdos Cardinalis obſonatorem ſuum, quod
n emendo lupo piſce pecuniæ peperciſſet
erat autem pretium aurei ſexaginta) qui-
us non maledictis eſt inſectatus? parum-
que abfuit, quin illi domo interdixerit,
it vitæ ſuæ parum ſtudioſo. Ac nec erres
Charon, vitam nunc, quæ olim gula dice-
batur, vocant. Alter quoque ſacerdos ejuſ-
dem collegii moriens exoleto legavit au-
reûm triginta millia. CHAR. Vtinam qui-
bus hæc audio carerem auribus, tantum
ne facinus impunitum abire cæteri morta-
les ſuſtinent? MER. Superſtitione tenen-
tur. CHAR. Jam aſſentior, nihil eſt in-
felicius ſuperſtitione. MER. Quantula ſunt
hæc ſacrum quoque ſanguinem veneno tin-
gunt. CHAR. Vtinam neſcirem philoſo-
phiam. Diſpudeatque talibus nunc Deûm
miniſtris uti. Quamobrem ſapientiſſime
Mercuri relictis ſacerdotibus perge de ſu-
perſti-

perſtitione dicere, quæ mortales omneis ta
infeliciter vinctos atque oppreſſos tene
MER. Primum ea in mulierculis invenit
quam maxima. Illæ ut picturam nactæ ſu
aliquam, ibi eam conſulunt: & ut cæte
res taceam, ſi anſerculum vel gallinulam
tuita occuparit, quibus tum precibus at l
chrymis illam obſecrant, pueros puellaſq
vix ſeptenneis nugis his imbuunt. Sed qu
de aniculis & puellis loquor, quiſpiam de
ſolicitari quotidie à principibus viris, ubi fa
co longius evolarit, ubi equus pedem conto
ſit, quaſi aucupes dii ſint, qui accipitrum cu
ram habeant, aut tanquam fabri ferrarii
quorum contuſa, & morbos curent, atque e
hoc quęſtu rem familiarem augeant. Videas i
templis affixos accipitres etiam argentos,
equos & aves loquaculas. CHAR. Jam ut præ
dicas, nihil eſt homine inanius. MER. Ina
niora his audies, non pedes modo & manus
cera vel metallo ſuſpendunt tholis, ſed & ob
ſcœnas corporis partes, & quod medico eru
beſcunt oſtendere, id ante deorum effigie
collocare non pudent. Atque ut vana illorum
ingenia magis ac magis rideas, rem ſupra quæ
dici poſſit inanem ac deſpicabilem accipe.
Martinum Galli, Hiſpani, Germani, Itali ſic
colunt, ut turpe ſit ejus feſto die ebrium ac
madentem non eſſe. Itaque nihil eſt in terris
eo die vinoſius, nihil petulantius. In quodam
Germaniæ oppido, ubi Martini dies illuxit,
ſtatuam ejus per publica oppidani loca effe-
runt, qui ſi clarus, ſerenuſque fuerit, operæ
pre-

ꝗetium eſt quis ſuaviori poſſit vino Martium
ſpergere: omnes viæ plenæ ſunt vaſculis, nul-
s eſt qui non Martinum comitetur lagena-
s, atque hac ratione per vias, porticus, tem-
a vino ille madens fertur. At ſi pluerit, ni-
il eſt Martino contemptius. Luto totus con-
ergitur, viæque & cloacæ in eum eluuntur.
ſeapoli Campanorum urbe celebri, Majo
enſe ſacerdotes per urbem coronati ince-
ınt quaſi amantes adoleſcentuli. Sed hoc
ıidem levius fuerit. Rem noſce, dignam ta-
ıen, quæ à ſapientibus viris clauſis auribus
ıdiatur. Vbi omnis populus in templo con-
enit, de trabibus ſummi tecti, reſti deligata
orcella dimittitur, ac multa ſapone circum-
ta. Adſunt agreſtes ad ludum vocati. Ibi ori-
ur magna contentio: agreſtibus ut ea po-
iantur annitentibus, qui vero appenſam il-
am tenent agreſtium manus arte ludentibus,
c nunc ſubtrahentibus funem, nunc in diver-
a laxantibus. Dum hæc geruntur, turba lu-
lo intenta, & nunc his, nunc illis plaudente,
bi quaſi imber magna vis aquarum major
uris atque urinæ è tecto compluribus ſimul
ocis diffunditur. Agitur etiam humanis ex-
rementis, nec prius ceſſatur, quam agreſtes
procella uti potiti ſint. Quid igitur tibi vide-
ur Charon? CHAR. Quod pace dixerim tua
Mercuri, non video cur hæc ſint contemnen-
da. MER. Jocaris fortaſſe. CHAR. Imo ſe-
ɾio dico. Nam & illi officium ſuum adver-
ſus Martinum faciunt, utpote qui ebrii cum
ſint, à vini ac gentis natura minime recedunt.

Et

Et ii qui porcellam luſitant, palam faciunt
que ac ſues luto, humanum omne genus
perſtitionis cœno, ſordibuſque volutari. Mi
Fateor me rationibus iſtis victum. C H A.
Hoc eſt philoſophari, ſed neſcis Merc
paulo antequam mihi animum pupuger
ubi Campanos nominaſti: nimis enim ſu
veritus, ne de campanis eſſes dicturus a
quid. Quarum non modo ſonitum, veru
etiam nomen ipſum odi. Nam qui eas hon
nes poſſint ſane, quam miror, cum me inte
dum hic obtundant, quarum fragor ad arb
rem illam uſque, quæ ad ſeptem millia pa
ſuum à nobis hinc abeſt, perveniat. Noſc
quam dicam arborem, Timonis ficum. T
mon enim, quod judices hi recordantur, cu
in ſe dicta eſſet ſententia, petiit dari ſibi ficu
eam, & reſtim in loco illo ſolitario. Habe
enim odio frequentiam hominum, ac vell
ibi quæſtum facere carnificinum, datura
eam ficum quotannis magnum Plutoni por
torium, lege dicta, ne cui ante cognitam cau
ſam niſi ex ea ſe arbore liceret ſuſpendere
M E R. Noli obſecro irridere homines, quo
campanas tam ſæpe pulſitent. C H A R. De
ſipere me vis. M E R. Imo ſapere magis quam
ſapis, quanquam multum ipſe ſapis: omne
homines Charon quanquam ventris mul-
tum, capitis certe minimum habent, atque
hoc quantulumcunque eſt habere nollent.
Quocirca diu quæritantes, quanam ratio-
ne facilius perderent, campanas adinvene-
runt. C H A R. Belle par pari retuliſti. Ve-
rum

m ego dum quærendi ſum ſtudioſior, ve-
or ne prætoribus prudentiſſimis viris, qui-
s nullum fruſtra tempus præterit, oratio
ea ſi non moleſtior, certe longior viſa fue-
t. Quamobrem dicendi finem fatiam, ſi
oc à vobis impetravero judices, ut quod u-
um ſcire vehementer cupio, id ex Mercurio
telligam: non quod mea interſit aliquid
quid enim Charonti cum hominum levi-
te) niſi quod ſapientiores illos vellem. MIN.
uum hoc ſtudium, ſapientia noſtra eſt, &
er ſtygem ſermo hic, qui de ſuperſtitione eſt
Deo habitus, rerum naturæ maxime con-
enit. Sed tamen neſcio quomodo dum ho-
nines ipſi eſſemus, gentibuſque imperare-
nus gubernandis populis, ea neceſſaria viſa
ſt, adeo videtur male agi cum iis civitati-
us in quibus ſuperſtitio nulla eſt. Vnde nam-
ue tantum boni in hominum vita, ut multi-
udini nota eſſe poſſit vera religio? ſed perge
Charon, nihil te impedimus. CHAR. Vtar
ermiſſo, brevi tamen dicendi vobis poſſeſ-
ſionem reſtituturus. Ne te igitur pigeat Deus
& mihi & his declarare, inter tot hominum
genera, ſi te ſors aliqua hominem fieri & in-
ter mortales verſari, ut mortalem cogeret,
quem te eſſe hominem malles. MER. Ab-
ſit à Deo neceſſitas. Ex hoc n. ipſo quod
deorum ſum nuntius, & hominum res diſqui-
ro, ſatis ſuperque deteſtari poſſum humanam
conditionem. Novi hominum labores, novi
miſerias, quibus quid eſſe poſſet ærumnoſi-
us? Jure igitur ne dum recuſem hominis ſu-

bire vel-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

ire velle affectus, perturbationes, ægritu
nes, nec animi minus, quam corporis, hum
nam vitam miſereor, ut quam omni è par
infelicissimam judicem. Sicque habeto Ch
ron, quæ bona huic generi natura tribueri
ea omnino eſſe quam pauciſſima, atque
quantulacunque ſunt (ſunt autem minutiſſ
ma) dum vincuntur homines cupiditatibu
dum perperam agunt atque eligunt, ita ſ
ne corrumpunt, ut quæ natura ſunt bon
nequiter illis utentes in pernitiem ſuam ve
tant. Verum inter tot ac tam varias homi
num ſpecies, quoſdam nimis quam odi at
que execror. CHAR. Quinam ſunt iſti
MER. Judæorum nomen quam infenſiſſi
me inſector. CHAR. Scilicet recutiri ti
mes, ac fœnerare. MER. Nequaquam, ſi
quidem commune eſt illud Turcis, Mauris
Syris. Hoc omnibus. Verum ne ſuperſtitio
prorſus me miſerrimum faceret. CHAR.
Nihil habent ergo Judæi quod ipſe probes?
MER. Vix unum. CHAR. Quodnam eſt
illud? MER. Quod nihil de ſepultura cu-
rant, in pratis aut ſub dio humantur. At Chri-
ſtianus de ſepulchro, quam de domo ſolici-
tus magis eſt. Quid quod proinde ac ſi cum
mortuis bellum gerant qui nunc vivunt, quæ
mortui aut ipſi ſibi dum viverent ſepulchra
poſuerunt aut teſtamento faciunda caverunt,
ejectis inde cadaveribus, ea ſibi per vim oc-
cupant, ut nec vivis nec mortuis Chriſtia-
nis ulla ſit requies, aut locus ullus ſuus.
CHAR. Satis cognitum habeo nihil nec
Chri-

hriſtianis nec cæteris hominibus diu ſuum
ſe. Itaque recte plane facere eos judico,
ıi mortuis invideant. Sed jam tempus eſt
e hinc abire, tu vero his reddare. Vtinam
me ſermonibus adeſſe his liceret. Verum
uneri concedendum eſt, plurimos enim ex-
ectare in portu video: nec committendum
t dum ſciendi voluptate capimur, ab agen-
is rebus, quæ quidem neceſſitas eſt, avoce-
nur.

CHARON, DIOGENES, CRATES.

SAlve Diogenes, ut recte. DIOG. Heroi-
ce ac magis etiam quam Heroice. Heroës
enim quanquam male aſſa bubula tamen ve-
ſcebantur, ego vero piſce & quidem crudo:
quæ res efficit, ut magnam me à parte in pi-
ſcis naturam induerim. Nam quod hominis
proprium eſt ambulare, omnino dedidici,
tanto natito. CHAR. Rem igitur mihi gra-
tiſſimam feceris, ſi dum illuc in portum reve-
hor natitans mecum ſerio aliquid loquere,
quo laborem hunc meum dicendo leves.
DIOG. Dum ne me canem appelles. CHAR.
Quid ſi piſcicanem. DIOG. Perplacet.
CHAR. Dicas igitur obſecro Piſcicanis, an
eorum, quæ in vita egeris, alicujus te nunc
delectet memoria? DIOG. Multorum, atque
unius maximè. CHAR. Nam cujus obſe-
cro? DIOG. Dicam, cum aliquando & eſuri-
rem & algerem una, nec haberem unde com-
modius è Deo quodam ligneo igniculum
mihi

mihi paravi, & cœnulam eo coxi. CHA
Num non Deus ille telum in te aliquod te
ſit ſeque eſt ultus? DIOG. Fumulum f
tim in oculos immiſit, quem ego buc
pilleoloque confeſtim pepuli. CHAR. G
diatoris hoc fuit, magis quam philoſop
DIOG. Quid mirum? gladiatoriam didic
ram. Nam cum Athenis olim agerem, Plat
nique in ſchola docenti bipedem pennatu
obtuliſſem, tum ille amice, Diogenes, i
quit, qui tam robuſtos lacertos habeas, n
li obſecro ante à nobis diſcedere, quam
gladiatorio in ludo dies aliquos exercueri
Tum ego didici gladium agere, ac cæſi
ferire & punctim. CHAR. Quid adverſi
Deum arte hac pugnaveris, leges quam ſta
tuunt pœnam in eos qui ſacras res violat, a
te qua declinaſti? DIOG. Facile id quiden
fuit. Nam cum frequenti populo contra m
ageretur, tum ego prætor, inquam, tute ſci
me canem eſſe, quod & ipſe confiteor. Le
ges enim hominem non canem puniunt. Le
ge igitur mecum agere nihil tibi omnino li
cet. Quo dicto cum qui aderant aſſenſi
ſent, illico me prætor abſolvit. CHAR
Quam belliſſime. Cujuſnam alterius ſecun
do tibi loco jucunda eſt recordatio? DIOG
Hujus quæ me beat. Cum veniſſet ad me
Alexander, egoque in dolio intus conquie-
ſcerem, verererque ne diſcedente illo, mi-
lites quos ſecum comites adduxerat (erant
autem quam importuniſſimi) per clivum
me illum devolverent, conſilium cœpi hoc,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

uod eventus ipſe comprobavit optimum. ·eſperi cœnitaveram polentulam caulicu- ıſque cum cœpa & rapum toſtulum. Vi- es igitur omnes coëgi, & crepitum quan- ım potui jeci maximum, quo perculſi occlu- s naribus ſtatim verſi ſunt in fugam. CHAR. gitur qui vires orientis fregere, eos tu com- nento iſto viciſti tam facile? DIOG. Ne nirere, ſiquidem ex meo hoc invento com- nenti, nunc ſunt bombardæ, quibus mu- os urbium, & quod majus eſt arces diruant. CHAR. Igitur qui regem liberaliſſimum contempſiſti, pauper credo deceſſeris. DIOG. Nemo philoſophorum omnium amplius egavit teſtamento, ut qui aliquot antequam norerer diebus arceſſierim maximum ad ne canum omnis generis numerum, eiſ- que legaverim domos nobilitatis ac princi- pum omnium, caverimque ut ne per o- tium voluptatibus fruerentur, die illos ve- natibus exercerent, noctu ne quietes ſomnos agerent latrando, ululandoque interturba- rent eos. Sed obſecro philoſophe Charon, nolis mihi impedimento eſſe, nullum video quem expiſcatum volo in cœnam, & jam ad- veſperaſcit. Vale igitur. CHAR. Homo hic & vivus & mortuus contemptui omnes habet: ſed bene habet, Craten video, eum congrediar, & bene valeas Crates & fortuna meliore utare. CHAR. Nec valere recte po- teſt, cui quotidie ſtultitia lugenda ac luen- da ſit ſua: nec fortuna ſecunda uti, qui per

teme-

temeritatem illam ſibi adverſam facit. CH.
Ecquæ inveniendæ pecuniæ recta eſt ſp
CRAT. Nihil hucuſque indicii habeo. CH.
Ceſſa paulum à labore & mecum hoc in
ſe, qui mœſti lamentanteſque in portu r
nent. CRAT. Satis habeo de meo quod
geam, ne quæram aliunde. Sed parce ob
cro Charon Loculos quoſdam procul vid
ſuper aquas ferri, magnum hoc indicium
CHAR. Infelix hic miſeria ſua facile & a
os miſeros faceret. Quocirca & hujus &
felicium omnium fugienda eſt conſuetu
atque familiaritas: qui cum ipſi nec levati
nem ullam, nec rationem accipiant, neſci
quomodo aliorum infixam animis dolo
notam quandam relinquunt? Abeat igitur ſi
cum miſeria, me ſatius erit remo incun
bere, quando ventus nihil jam velum pr
movet.

MINOS, MERCURIUS, ÆACUS.

QVid autem portenta ſibi iſta volunt
MER. Peſtem ſignificant, & bellun
MIN. bellum ne? à quibus? MER
A ſacerdotibus. MIN. Ab iis igitur inferetu
bellum, quos maxime deceret pacis autore
eſſe. MER. verbis pacem, cæterum rebus bel
lum petunt. MIN. Inferendi belli quænan
cauſa? MER. Ampliandi regni cupiditas
MIN. Horum igitur malorum cauſa eſt ava
ritia. MER. Ea ipſa quæ in hoc hominum ge-
nere quanta ſit dici vix poteſt. MIN. Videl
oblit

oliti ſunt juſtitiæ. MER. Quæ obſecro habe-
 poteſt juſtitiæ ratio, ubi regnat avaritia?
IIN. Quid quæ in Italia urbes florent, eæ
onne pro tuenda libertate conſpirant. MER.
arum nomine quidem libertas eſt, re autem
yrannis mera, quodque alius alio magis rape-
e de publico ſtudet!. Cives quoditie proſcri-
untur, nec ratione in illis vivitur nec conſi-
o, ſed cupiditate ac partium ſtudio. MIN.
) libertatem cito perituram! Quid reguli?
I ER. Mirifice diſſentiunt, & quod præſen-
ibus ſolum voluptatibus intenti ſunt, nihil
unt de futuro ſoliciti, nec vident haud mul-
o poſt ſe ſuaſque urbes in aliorum poteſta-
e futuras. Vana ſunt eorum ingenia, corru-
pti mores animique, qui nihil principibus,
ihil Italicis hominibus dignum concipiant.
MIN. Interiit Romana virtus. Enimvero
Mercuri, quamvis Græcus ipſe fui, dum
onſidero nullos populos, gentem nullam
iec fortiores habuiſſe, nec juſtiores cives,
qui etiam bene vivendi formulas nationibus
radiderunt, mirum in modum commoveor
antopere non Romam modo, verum Ita-
iam omnem ingeniis deſtitutam eſſe ac vi-
ris. MER. Caret plerunque ſucceſſoribus
virtus, & cum bonis aliis caveri teſtamento
poſſit, virtus in hæreditatis appellationem
minime concedit; Regnorum ut principium,
ſic etiam finis eſt, perinde enim ut dies, or-
tus atque occaſus habent Multum in homi-
num ingeniis tempus valet, plurimum inſti-
ſtitutio. Cæterum cœleſtis ordo, mundi-
que

que converſiones moventque & regunt cu-
ẽta. Quas Æace Græcia illa tua olim ta
clara & nobilis, quas inquam paſſa eſt ca-
mitates & urbium & ingeniorum? quid d
paſſam? quæ nulla jam eſt. Converſus ſu
ad te Æace quem video jamdudum ingen-
ſcere, ac vix tenere poſſe lachrymas. V
genus illud tuum? ubi ſucceſſio tam illuſtri
Sed vetera ſint iſta nimis. Vbi Muſæ il
Atticæ? quid Muſas requiro? cum Athen
ipſæ vix ullum teneant nunc veſtigium,
pene cum omni Græcia in ſomnos abierin
Victor barbarus omnia poſſidet, atque u
nam poſſideret tantum. Verum exciſæ u
bes ſunt, deleta nobilitas, artes, diſciplina
que extinctæ, & illa ipſa libertas triſte nun
atque infelix eſt ſervitium. Quæ cauſa eſ
ut arbitror, cur paulo ante Minos ferret tan
graviter Italiam quaſſari bello, ne Græca
rum diſciplinarum memoriaque illic, qua
reliquiæ quædam ſervatur, funditus ſubla
ta intereat: ÆAC. Et internecione gener
& patriæ excidio ſi non movear, inique fe
cerim. Moveor certe. Nam quanquam ill
nihil poſt mortem ad nos attinent, tamen ne
ſcio quomodo ſicut recte actorum conſcien
tia, ita naturalis illius amoris vis quædam re
manet generoſo cuiquam poſt mortem qu
de rebus eorum, quos amavimus qui viv
ſunt, habeat nos ſolicitos. Sed conſolatur
me, vel quod nihil cœpit unquam, quod
non idem finiat. Nec ortum prorſus quic-
quam eſt quod non idem occidat. Omnia
enim

nim ſub hac neceſſitate, quæ naturæ qui-
em lex, Dei vero voluntas eſt, laborant.
el quod haud multis poſt ſeculis futurum
ugurot, ut Italia cujus inteſtina te odia
ıale habent Minos, in unius redacta ditio-
em reſumat imperii majeſtatem. MIN.
Iæc ipſa me ſpes vehementer dejectaret, ni
eterrerent ea, quæ Deus hic paulo ante
e rebus Italicis nobis retulit. MER. Et a-
a quoque multa deterrere te jure poſſunt,
arum etenim conſiderare videris, quam bre-
is ſit è Macedonia, Epiroque in Apuliam
Calabriamque trajectus, quam etiam faci-
s in Venetiam è Dalmatia tranſitus, cum
aucis ante diebus magnam in Tiburniæ fi-
ıibus Turcæ impreſſionem fecerint. ÆAC.
Quanquam timenda hæc ſunt, tamen ſi ve-
era reſpicimus, non ab Aſia aut Græcia, ve-
um à Gallis, Germaniſque timendum Italię,
emper fuit. MER. Multa fert dies, ac tamet-
ı ubique ſibi fatum conſtet, ejus tamen ex-
plicatio decipere hominum mentes conſue-
vit dum rerum converſiones eaſdem cen-
ent. ÆAC. Nos ô Minos & Græciæ cala-
nitates, & Italiæ caſum ſatis diu flevimus,
c temperandum eſt nobis, conſiderandum-
que quid eſt, quod magiſtratum deceat: &
um ſciamus Dei prudentia mundum regi
omnem, quid opus eſt de rebus humanis
am eſſe ſolicitos, quas Deus ipſe moderetur?
MIN. Sapientiſſime dicis, quamobrem ſi ti-
bi videtur, quando Charon jam è portu ſol-
vit, ad collegam properemus, cui, ut ſcimus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

ſolitudo ſemper fuit moleſtiſſima. ÆA.
Eſt & alia cauſa, quæ properandum eſſe m.
to magis cogat. Nam ſi ut Deus jam doc
peſtis Italiæ portenditur, noſtra intereſt p
videre, ne imparati offendamur in tanta
tam diverſa morientium multitudine. ME.
Equidem & ego id vobis cenſeo faciendu
quando quæ cupiebatis, ex me jam intel
xiſtis. Atque adeo ut hæc certius ſciet
maximam hominis internecionem cum c
li inerrantiumque ſtellarum curſus futur
ſignificant. Tum multa partim ex aquis, p
tim è terra, atque aëre ſigna portendun
quæ hoc ipſum ſignificare conſuevere. MI
Nos igitur præimus teipſum cum multit
dine pro tribunali præſtolari. MER. V
præcedite, ego hic interim Charontem m
ror.

MERCURIUS, PEDANUS, ET THE- NUS, ET MENICELLUS GRAMMATICI.

PHASELUS ille nimis gravis eſt vecto
bus, remoque vix agi poteſt: hoc eſt, quo
mortales uſurpant, qui nimis properet, ſ
ro eum pervenire. Sed quæ nam hæc eſt ur
bra, quæ tam ſola volitat? heus tu, cujus
ſtud eſt ſimulachrum? PED. Pedani Gran
matici. MER. Quid tibi vis tam ſolus? PEI
Teipſum quærebam majagenite. MEI
Quanam gratia? PED. Oratum venio
quædam meo nomine ut diſcipulis referas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

uod te vehementer confido facturum, cum terarum autor, atque excultor fueris. MER. acile hoc fuerit. Quamobrem explica quid ſt, quod referam velis. PED. Virgilium uper à me conventum dicito, quærenti-ue ex eo mihi quot vini dicatos deceden-i è Sicilia Æneæ Aceſtes dediſſet, Erraſſe ſe eſpondiſſe: neque enim cados fuiſſe, ſed am-horas. Ea enim tempeſtate cadorum uſum n Sicilia nullum fuiſſe, partitum autem am-horas ſeptem in ſingulas triremes, acceſſiſ-eque aceti ſextariolum, idque ſe comper-um habere ex Oenoſio Æneæ vinario. Ex Hipparcho autem mathematico intellexiſ-e, Aceſten ipſum vixiſſe annos centum vi-ginti quatuor: menſes undecim, dies unde-riginta, horas teris, momenta duo, ac ſe-miatomum. MER. Idem ego memini me ex Aceſte iſto audire. PED. Erraſſe item ſe, quod Cajetam Æneæ nutricem dixiſſet, quæ uiſſet tubicini Miſeni mater: nec dediſſe il-lam loco nomen, quod fuiſſet ibi ſepulta, ſed quod cum in terram deſcendiſſet legendo-rum holerum gratia, fuiſſet illic à Sylvano vim paſſa. Anchiſæ quoque nutricem fuiſſe à Palaemde raptum, cum is agrum Trojanum popularetur: excedereque tum illam annos centum & viginti, fuiſſeque ei nomen Pſi. Quæ quod notam haberet quandam in fron-te, hinc Palamedem literam ψ & formaſſe & nominaſſe. MER. Magna ſunt hæc literator, cognituque digniſſima. PER. Majora ac multo digniora his audies. MER. Solis vi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

delicet literatoribus tantum ſciendi ſtudiū
eſt poſt mortem ? PED. His nimirum ſol
Equidem & illud percunctari volui, dextro
an ſiniſtro priore pede è navi deſcendens Æ
neas terram Italiam attigiſſet. Ad quod po
ta ipſe reſpondit, ſatis ſe compertum habere
neutro priore pede terram attigiſſe, ſed ſu
latum humeris à remige, cui nomen eſt
Naucis, atque in littore expoſitum, junct
ſimul pedibus in harenas inſiliiſſe, idque e
ipſo remige habere ſe cognitum. MER.
diligentiam ſingularem! PED. Illud qu
que Atlantiade, quod cum gratia fiat tua, v
cum primis auditores meos, qui ſunt in Cam
pania, doctos facito. Horatium fuiſſe abſt
mium, quod ex eo ſum ſciſcitatus. Vinum au
tem tantopere ab illo laudatur in præcon
patris honorem, qui cum voce non poſſet
potando certe vino omnes ſui temporis præ
cones ſuperaſſet. Vnum vero me, ne ex ipſ
Cæſare ſcire potuiſſe, cum Galliam deſcribe
ret in treis ne an tres partes diviſam ſcriptum
reliquiſſet. MER. Demiror eum tam ipſe ac
curatus atque humanus fuerit. PED. Iram
id effeciſſe arbitror, in quam ob accuſatio
nem exarſerat Theani literatoris, qui eum
reprehendere eſſet auſus, quod carros no
currus dixerit. At à Tibullo Albio comite
fuiſſe exceptum, cumque Pedanum me vo
cari dicerem, gaudio eum exſiliiſſe, arbitra
tum Pedo, in cujus agro rus habuiſſet, oriun
dum eſſe, atque hujus rei gratia docuiſſe m
nomen ſenex, apud vetuſtiſſimos Latino

com-

ommunis fuiſſe generis, proptereaque dixiſ-
ſe cum de anicula loqueretur, merito tot
nala ferre ſenem. MER. O rem nobili di-
nam grammatico! PED. Lucretiam quoque
imis mihi familiariter deblanditum, quod
iceret grammaticos debere à ſe amari pro-
ter morbi ſimilitudinem, omneis enim de-
nentia quadam agi: propterea docuiſſe me
omen illud potis, apud majores ſuos etiam
eutri generis vim habuiſſe, quorum exem-
lo dixiſſet. Nec potis eſt cerni quod caſſum
ummine fertur.

At Juvenalem nimis me graviter objur-
gaſſe, quod dixerem oleagina virga pueros à
ne verberari ſolitos, oportuiſſet ne ferula il-
os percuti. Quocirca Arcas Deus monitos
acias verbis meis grammaticos omneis, fe-
ula ut utantur. MER. Faciam libenter ô Ar-
radice magiſter. Sed quis eſt, qui tam te ir-
idet à tergo? illum reſpice. THEAN. Ego
um Theanus grammatiſta. PED. Erraſti,
grammaticum te, non grammatiſtam debui-
ſti dicere. Addiſce igitur. THEAN. Pecca-
ſti, addiſce nondum quiſquam dixit. Itaque
diſce, non addiſce dixiſſe oportuit. PED.
Rurſum peccaſti, dicere enim, non dixiſſe,
oportebat dici. THEAN. Et tu rurſum item
peccaſti, nam non oportebat, ſed oportuit,
dicendum erat. PED. Priſciano caput fre-
giſti, neque enim erat, ſed fuit, dicere de-
bueras. THEAN. Priſciano pedes frigiſti,
debuiſti enim non debueras. PED. Imo de-
bueras non debuiſti. THEAN. Immo debu-

iſti non debueras. PED. Immo hoc. TH. T
AN. Immo illud. PED. Immo ego. TH. T
AN. Immo tu. PED. Immo bene. TH. T
AN. Immo male. PED. Hei mihi. TH. T
AN. Hei tibi. MER. Reverentius gramm
tici, verbis enim non manibus contende
dum vobis eſt Deo præſertim arbitro. Quan
obrem bonis & honeſtis poſthac verbis
literatura contendite. Sed bene habet. Ter
us, ut video, adeſt, ſive judex ſive litigato
MEN. Ego diutius grammatiunculi inepti
las ferre veſtras nequeo. THEAN. ut eg
inſolentiam tuam laturus hodie nullo ſu
modo. Quamobrem qui tantum tibi tribu
as Menicelle, dicas velim, cur lapidem
hunc, petram vero hanc dicimus? MIN
Videlicet quod lapis agendi vim habeat; la
dit enim pedem. At petra quod pede ter
tur, ad patiendi genus tranſit. MER. Nih
eſt grammatico inſulſius, vide quam hi de
ſipiant. Cum petra Græca ſit dictio, lap
vero fuerit à labando dictus, tertia immu
tata litera, quod labent ex eo ambulantiun
veſtigia. THEAN. Qui de lapide, petraqu
hoc ſentias, de manu quid mihi reſpondes
MEN. An non manus faciendo operi oc
cupata aliquid ſemper patitur? THEAN
At nunc agit cum te verbero. Hem tibi
MEN. Hei me miſerum. THEAN. Qui
te miſerum orationem afferas oportet, cu
manus cum in pugnum coit, cum verberat
dici hic non debuerit. MEN. Nihil mihi te
cum erit amplius. Quamobrem oratum t

Mer

ercuri volo, ut cum primum Neapolim Opicos perveneris, in eo conventu qui ioſis fieri diebus ad arcum ſolet, Jovianum ontanum convenias verbiſque commone-cias meis, poſthac ut ſit cautior, atque ut urſo à verbo, quod eſt curro, deducat, non urſito. Panthormitam quoque Antonium criter increpitato, quod epiſtolutiam in iminutione protulerit. MER. At ego Me-icelle pro Antonio hoc tibi reſpondeo, I-alicam linguam non modo novas diminu-ones feciſſe, verum etiam augentium vo-um formas quaſdam inveniſſe detractio-is ac ignominiæ gratia. Quocirca Antonii omine te tantum Grammatriconem vale-e jubeo. Tu vero Pedane, an quid habes ræter cætera eruditione dignum tua? PED. Vnum hoc: Boetium non à Boetia, in qua i-pſe natus fuerit dictum, ſed agnomentum hoc illi fuiſſe à veſcenda boum carne, quod ipſius me Boetii cocus docuit. MER. Per Jo-vem mira agnominatio, tu quid ad hæc Theane? THEAN. Ejiciendos hæreditate Pedani liberos, ejus bona publice vendenda, redibendamque auditoribus, quam Pedanus ab illis acceperit pecuniam. MER. Atqui e-go tuis vel maxime liberis cavendum præju-dicium hoc cenſeo.

CHARON, VMBRÆ DIVERSÆ.

ASCENDITE infelices umbræ. Quid miſeræ ante diem fletis? quaſi parum

ſit tum dolere, cum malum venerit. T vero tam culta & procax umbra, quæna es? VM. Cypria meretrix. CHAR. Vbi ge tium quæſtum feciſti? VM. Romæ. CHA Quis eſt comes? VM. Sacerdos Cardinal qui me amavit. CHAR. Miror quomod ſenem puella, meretriculam ſacerdos in d litiis habuerit. VM. Mea illum forma, illi me aurum cœpit. CHAR. Plus igitur apu eum forma, quam religio, apud te precium quam aut ſenectus, aut illius os valuit. VM Aurum mihi ſuaviſſimum fuit, quo ille oris deformitatem & ſenectutem ſæpiſſim redemit ſuam. Ad hæc quanquam ſenex ſalaciſſimus tamen fuit, utinamque ſola i li fuiſſem ſatis. CHAR. Mirum homo tan ſenex, quod tam eſſet libidinoſus? VM Ego ubi primum ad eum acceſſita, puta vi cum adoleſcentulo coituram. At ubi æ tatem vidi & os diſtortum, cœpi queri, me que deceptam eſſe abs lenone inclamita re. Tum ille ne, inquit, querare animu la, nam cujus nunc tortum os fugis, hau multo poſt rectum nervum experiere, quo fuit. Nihil enim illo tentius paſſa ſum un quam. CHAR. Ite infelices in ignem coituræ ævumque illud miſerrimum actu ræ. Quis cucullatus? VM. Frater. CHAR Ordo qui? VM. Non ſemel ex ordine in ordinem tranſii. CHAR. Quæ cauſa? VM. Facilius ut deciperem. Dic mulieres audie- bam peccata confitentes, noctu græcaba in ganeis. CHAR. Vnde tibi ſuppetebat ad

id pe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

d pecunia? VM. Et fraude & furto decipiebam mulierculas, ſurripiebam ſacra. CHAR. Et fraudem & ſacrilegium flammis lues. At tu tam nitida cute atque anatino greſſu, quænam profiteris? VM. Epiſcopum. CHAR. Mirum quî tam ſis ventricoſus. VM. Minime mirum, quippe cum huic ſoli ſtuduerim in eumque congeſſerim omnem Eccleſiæ cenſum meæ. Quinetiam fœneravi. CHAR. Satis igitur tibi non erat, quod ex Eccleſia quotannis rediret? VM. Illud ventri ſatis erat, at fœnus ſerviebat peni, complures ut concubinas alebam, & corrumpebam libenter auro maritas mulieres. CHAR. Infelix cui tantus ſit venter ferendus pedibus adeo imbecillis. Infelicior cui animus oneri, at venter peniſque dii fuerint. Infeliciſſimus, qui te ipſum cum minime noveris, Deum cui miniſtrabas, multo minus cognoſcere potueris. Abi igitur infeliciſſime. Sera enim pœnitentia eſt tua. Tu vero quænam demiſſa facie atque ore tam pudenti? VM. Infelix puella. CHAR. Quæ tam acerbi luctus eſt cauſa? VM. Vtinam carerem memoria. CHAR. Noli amabo ſpem ponere. Nam ſi coacta quippiam peccaſti, leviore pœna afficere. VM. Miſeram me, decepta fui. CHAR. Quidnam per fraudẽ amiſiſti? VM. Virginitatem infelix. CHAR. Quis te decepit? VM Senex ſacerdos. CHAR. Arte qua? VM. Adibam ſępe templa Deum orans ut nuptię faciles, vir mihi foret è ſententia. Vbi tum antiſtes me collaudare, ſpem bonam polliceri, ſeque mihi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

facilem offerre. Igitur ubi ſæpius me conſ
tentem audit & ſimplicitatem agnoſcit m
am: deſine, inquit, filiola virum à Deo pet
re, qui te innuptam eſſe jubeat. Tum ego: qu
& tu id pater mones, & velle Deum dicis, D
virginitatem meam do, dedicoque. Tum il
me collaudata, quod Deo dediſti filia id
licui neceſſe eſt eccleſiæ ut dices. Tum ego
cui nam pater, Eccleſiæ prius eam dicer
quam tuæ? Atqui inquit ille, quoniam ol
latiunculæ iſtius Eccleſiæ, meo nomine c
pi à me poſſeſſionem oportet, quo Deo ſ
acceptior, abi filiola mane ad me reditura
Etenim nocte hac Deum orabo, ut ratam
ſtam, rectamque velit eſſe dicationem. T
poſtquam laveris, novo induta ſupparo a
me redi. Nihil enim niſi mundum fas e
nos attrectare, hocque inprimis effice, ſol
ac ſine teſte ut venias. In iis enim quæ Deu
manu capit, nulli ſunt adhibendi teſtes. Man
itaque ubi ad eum veni, tum ille me in cel
lam induxit, in qua ſummi Dei poſita eſſe
ſtatua, quam circa magna cereorum vis era
accenſa. Vbi ambo oravimus, filiola, inquit, S
tunicam & ſupparum exue, Deus enim & cœ
leſtes omnes nudi cum ſint, nuda ſibi offerr
volunt. Vbi ego nuda aſtitiſſem, tum ille pa
pillas has pertractans, hæ, inquit, Eccleſiæ
meæ ſunt. Tum mentum manu demulcens
& hoc Eccleſiæ eſt meæ. Hinc genas ſum-
mis delibans digitis, filia, inquit, oris poſ-
ſeſſio non niſi ore capiunda eſt: meque te
oſculatus cum fuiſſet, & labia hæc meæ ſunt

Eccle-

cclefiæ; ſic pectus, ſic ventrem Eccleſiæ ſuæ
ſſe cum dixiſſet, ut jacerem juſſit. Jacui in-
:lix, tum ille genu innixus, ſemoraque con-
:rectans, Deus ait, qui timidula hæc femo-
a, caſtigatulumque ventrem cum brachio-
s his teretibus tam venuſte molliterque
ormaſti, aſpice virgunculam tuam, & iſta
oſſeſſione lætare. Ter hæc cecinit, ibi, u-
i omnia tranſigeret, id reſpexit quo mulie-
es ſumus: & illud, inquit: filia manu capi-
ndum eſt. Verum ut oris capta eſt ore poſ-
eſſio, ſic tui quoque illius meo hoc eſt capi-
:nda, utinamque tunc expiraſſem miſera.
CHAR. Quomodo deceptam te poſtea
ſenſiſti? VM. Dum ille ſtudioſius fundum
colit ſuum, gravida facta ſum, tandemque è
partu mortua. CHAR. Numquid non il-
e te abſolvit morientem? VM. Abſolvit:
CHAR. Læta eſto. Nam judices & ipſi a-
bſolvent: Sed heus tu? quid miſer rides? crede
mihi, non eſt nunc ridendi locus. VM. Nul-
la mihi eſt, quam tibi credam, pecunia.
CHAR. Talis ne tu es, qui ludere Charon-
tem velis? VM. Atqui nec talis ipſe unquam
luſi nec teſſeris. CHAR. Hic homo cavil-
latur & in mœrore etiam jocari cupit. Dico
ego tibi, alium paulo poſt ſermonem feres,
ubi ad forum veneris. VM. Vendi in foro ha-
leum, non feri ſolet. CHAR. Suaviſsimus
hic eſt, ut video. Dic quæſo, quam artem
exercuiſti? VM. Martem ipſe non exercui,
ſed male me Mars habuit. CHAR. Tu ne
facetiſsime homo tuis iſtis dictis vel in ri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

ſum rapis. VM. Ego amice, rapis nunquam ſum uſus, magis me delectavit cæpa & porrum. CHAR. Videlicet ſuæ cuique ſunt voluptates. VM. Nullam ego è ſue voluptatem cœpi unquam. Egone beſtiolam tam immundam in delitiis haberem? parce o ro Charon delicatior ego fui, quam reris principes viros in jocis habui, non beſtiolas illos mihi ludos faciebam. CHAR. Tum tu hiſtrio fuiſti? VM. Hetruria mihi patria fuit, non Hiſtria, cui nihil aliud curæ fuit unquam, quam ut nunquam dolerem, nunquam iraſcerer. Vt quis uxorem ducebat, ridebam, efferebat quis filium, ridebam: inſanibat amore alius, ridebam. Ridebam ubi quis nimis ſumptuoſe veſtiret, nimis magnifice ædificaret, ubi prædia nimis ampla emeret. Ridebam demum omnia. Semel autem in omni me flere vita memini, quod matre mortua, ubi illam ſepelirem, terra mihi emenda in ſancto fuit, tum nimis graviter hominum conditionem flevi, ac de religione ſum queſtus. Sed tamen haud multo poſt dolorem hunc compreſſi, atque ad naturam redii, meque ipſum ridere cœpi, qui non & id quoque riſiſſem. CHAR. Sub hujus riſu latet ſapientia. VM. Quid tute tecum loqueris? audacter dic quod velis, non te ludo amplius. CHAR. Rem mihi gratiſſimam feceris, ſi vitæ tuæ genus ordine explicaveris. VM. Quod ipſum te vehementer juvat: quid enim juvare magis aut poteſt aut debet, quam ubi vitæ ſuæ curſum

quis

uis repetens, nihil invenit, cujus pœnite-
jure debeat? Principio cum viderem no-
ram rempublicam ab improbis ac ſeditio-
s civibus adminiſtrari, publicis muneri-
us abſtinui, meque ad privatam vitam con-
uli. Nulli rei præterquam agro colendo
ntentus. Siquidem mercaturam exercere
olui, ne aut fœnerandum eſſet, aut for-
una continue timenda. Nec ſervilem quæ-
um probavi aliquem. In ſuburbano mihi
ita fuit. Raro in urbem accedebam, atque
o cum veniſſem, decretum erat mihi, ne-
nini moleſtum eſſe, nocere nulli, nulli ni-
ilque moleſti, ex aliorum aut dictis aut fa-
tis capere. Ridens ingrediebar urbem, ri-
lens exibam: ubi quem amicum aut notum
videbam, ſalutabam illum, curabamque con-
greſſus noſtri ut eſſent quam jucundiſſimi.
Si quam vel de noſtra, vel de Italica Re-
publica facere mentionem cœpiſſet, ſtatim
valere eum jubebam. Templa caſtus ma-
ne adibam, neque cum ſacerdotibus arctio-
rem habere familiaritatem volui: ubi rem
divinam feciſſent, abibam ilico. Doctos
quoſdam amabam, qui non tam acuto eſ-
ſent ingenio, quam recto judicio, eorum
diſputationes libenter audiebam. Si quis è
notis aut familiaribus, quos habere haud-
quaquam multos volui, adverſi aliquid ac-
cepiſſet, conſolabar illum, meique ut ſi-
milis eſſet rogabam. Nam & fortunæ lu-
dos ridendos eſſe & naturę neceſſitatem nul-
lo pacto dolendam. His actis referebam
me

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

me in ſuburbanum, ibi partim legendo, pa
tim deambulando, aut aliquid in agro age
do, dies conficiebam: noctu niſi quantu
quieti dandum eſſet, cæterum tempus luc
brando tranſigebam. Exibam interdum in qu
drivia; atque ubi feſti eſſent dies, ibi villic
de prognoſticis temporum, de natura terra
de inſitione, de ſeminibus, de irrogatior
deque aliis ruſticæ rei miniſteriis diſſerent
audiebam, fierique ſtudebam eorum ſermon
prudentior. Et quoniam cognoſcerem r
hominum tam diverſis ac variis periculis e
ſe expoſitas, ſi quid vel in agro, vel in dom
adverſi accidiſſet, ubi conditionem riſiſſer
humanam, curabam arte id, induſtriaqu
corrigere: ab litibus ſemper abhorrui, & fo
ro, convivia fugiebam: tenuiſſimus mihi vi
ctus erat, non ut naturam defraudarem, ſe
ne multum indigerem medico; ac ne te mul
tis morer, ita me ſemper geſſi, ut qui no
humanis me rebus, ſed illas mihi ſubjecta
vellem. CHAR. Igitur qui omnia ridebas
de morte ſolicitus nunquam fuiſti? VM. Se
mel in omni vita de morte cogitavi, lice
eam quotidie ante oculos haberem, repu-
tanſque & quid illa vellet ſibi, & quod ego
adverſus eam comparare poſſem præſidium
unum tandem hoc mihi in animo ſedit, ut
honeſte tranquilleque ætatem ducendo vi-
verem. CHAR. Quod adverſus pauper-
tatem inveniſti remedium? VM. Vt judica-
rem pauperem eſſe nequaquam poſſe, qui
ſecundum naturam viveret. CHAR. Quod
adver-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

lverſus honores atque ambitionem? V M. ꝗuod graviſſimi caſus non niſi ex alto eſſent ꝏco. CHAR. Quod adverſus falſos rumo- ꝛs? V M. Rectam conſcientiam. CHAR. nquam te movit ſuperſtitio? V M. Deum ꝏi perſpexiſſem, ſacerdotum mendaciis au- ꝛs occludebam. CHAR. Quomodo cum ꝏvidia? V M. Qui doluerim nunquam ride- ꝛm omnia, quo pacto inviderem? CHAR. ꝏcquando ne iratus fuiſti? V M. Semel in mni vita; neque mea cauſa, ſed quod vide- ꝛm innocentem hominem injuſte plecti, ꝏaledixi civibus quod non de injuſto judicio rovocarent: quos ubi vidi muſſitare ac ty- annorum vim timere, ſtatim me repreſſi, tque ad riſum redii. CHAR. In militiam ꝏe aliquando profectus? V M. Semel lituum udii. CHAR. Quid regeſne aut regulum ꝏuempiam ſecutus? V M. Minime, mihi e- ꝏim ipſi me, non regulis natum eſſe volui. CHAR. Liberos ne ſuſcepiſti? V M. Quos tatim extuli, & quod bene actum cum illis údicarem Deo gratis egi. CHAR. Igitur & ꝏxorem duxiſti? V M. Non tam mea, quam ꝏarentum gratia: ea cum triennium mecum ꝏxegiſſet, morte diem obiit, ex eo cælebs vi- ꝏi. CHAR. Cur non alteram duxiſti? V M. Quia ſcirem temeritatem non ſemper feli- ꝏem eſſe, quod bene in illa ſucceſſiſſet, veri- ꝏus ſum in ſecunda periculum facere, meque ꝏſſerere in libertatem volui. CHAR. Quam ſæpe cum illa litigabas? V M. Nunquam, ꝏam & illa virguncula ac ſuavis erat & ego ri-

dere

dere aſſueveram domi, non minus quam t
ris. CHAR. Quid de hominum rebus ſe
tiebas? VM. Vanitatem ac ſtultitiam eſſe
mnia. CHAR. Felicem te, qui iſta nove
VM. Nec felicem quenquam, nec ſapient
dixeris: nulli enim tot affuere unquam bo
ut non ei plura defuerint: nec quiſquam ta
ſapiens habitus eſt uſquam, ut non & illi
veram perfectamque ſapientiam defue
multum. Nam cum humanæ res imperfe
ſint omnes, quid earum poſſit eſſe perfectu
cumque nihil ſit in eis conſtans, felix, qu
nam eſſe poteſt, cui momento interdu
adverſa plurima ſuccedant? CHAR. N
dixi te felicem hoſpes, ſed felicem qui i
noveris. VM. Non ex bonorum cognitio
humana exiſtit felicitas, verum ex eoru
poſſeſſione & uſu. CHAR. At ego te & fe
cem ex hoc judicaverim, quod cum intel
geres neminem eſſe poſſe felicem, ita tame
ipſe vixeris: & ſapientem, quod in tanta h
minum vanitate atque ignorantia ſapiente
te non minus videri nolueris, quam poſ
eſſe judicaveris. Sed quis hic eſt tam mo
leſtus & impudens? VM. Noli quæſo e
iraſci, amiciſſimus hic mihi fuit. CHAR
Miror qui inter duos tam diſſimilibus mo
ribus ulla potuerit eſſe familiaritas. VM. S
amici proprium eſt, prodeſſe amico, hi
quam in amicum plura in me contulit. Nam
tribulus meus cum eſſet, & quotidie liti-
garet cum uxore, primum docuit caven-
das eſſe ſecundas nuptias: deinde cum nul-

non in re & mihi & vicinis cæteris eſſet
oleſtus, patientiſſimum me reddidit mor-
tium omnium. An quod majus in ami-
m conferri ab amico beneficium poteſt,
am ut recte ab illo inſtituatur. Jure igi-
r hunc amavi, & mihi amicum eſſe du-
. CHAR. Ex omni parte ſapientia ſe o-
endit tua. Tu vero moleſtiſſime homo,
id tibi volebas iſtis moribus? VM. Quod
ſe ſum conſecutus. CHAR. Quidnam
lud? VM. Quod ut eram muſca, ſic ha-
bar ab omnibus. CHAR. Vnum illud
ito tibi vehementer doluit, aculeis quod
reres. VM. At verba mihi erant aculei,
ibus ego vel vincebam culices. CHAR.
igna tibi pro factis iſtis & à culicibus & à
rbonibus infligetur pœna, verum age ho-
es Hetruſce, quando percunctari ſingulos
endo remo nimis magno eſt impedimen-
, & judices jam abiſſe è ripa video, edoce
tanta multitudine ſi quos ipſe noveris.
M. Geretur tibi mos: hic qui ſe primum of-
ert, mendaciſſimus fuit omnium, quos un-
uam viderim. Illud autem maximum judi-
at mendaciorum, quibus uſus eſt unquam,
uod cum uxore (ut ex eo aliquando audivi)
unquam ſe litigaſſe aſſeveraverit. Is qui eum
equitur, adoleſcens in maximis vixit divi-
iis, ſenex in ſummam redactus eſt inopiam,
uippe cujus ſtudium fuerit ex ære fumum, è
umo metallum facere. Nam dum aurum ex
ornace quærit, ſua omnia in ignem conjecit.
Tertius ille non modo libidinoſiſſimus, ve-

rum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

rum etiam immanis fuit, qui nec brutis abſt
nuerit. Duo illi alter pernicioſiſſimus aſſe
tator fuit, leno alter pellaciſſimus, quibus a
tibus primos ſibi & ad Cæſares & pontific
aditus fecere. At ille aliud accuſando max
mas comparavit divitias: cui cum præter i
ſimulationem ac maledicentiam nihil dulc
eſſet, arte hac primum apud principes locu
tenuit. Quæ ego magis ſcio, quod mihi rel
ta eſſent, à tribulibus, quam quod noſſe ea ſtu
derem. At illum tam ſevera & triſti fronte
novi & ſuſpexi, utpote omnium quos ipſe v
derim integerrimum & certe natum ad rect
informandos animos: qui cum & verbis phi
loſopharetur atque moribus, quæ ipſe diſſe
reret, ea re atque exemplo comprobabat
Cujus operæ precium fuerit audire oratio
nem. C H A R. Nihil eſt quod magis cupiam
Sed quænam illa patria? V M. Ab Vmbris du
cebat originem. C H A R. Hoſpes Vmbe
adventum ad manes tuum gratulor, cum
quod liberatus ſis omnino curis iis, quæ mor-
tales habent tam male, tum quod audire t
vehementer cupio. Novi enim quantus ſi
philoſophus. Quamobrem unde tibi maxim
videtur exordiens, perge de virtute dicere,
dum illuc in portum deferimur. V M. Nec
ingratum eſt quod poſtulas, nec difficile. Et
quoniam de virtute ut dicam exigis, neſcio
quid audire ipſe malis, quam quæ vis ſit ejus,
& qui capiantur inde fructus. Etenim cum
inter Deos atque homines tantum interſit
quantum norunt omnes, nec ſolum ſpatio,

ſed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

ſed natura, nonne admirabilis virtutis vis hæc eſt, quod & deos hominibus conciliat in vita, & poſt mortem illorum cœtui eos adjungit? Nam cum virtus medium quoddam ſit, extrema quæ videantur in agendo fugiens, quæ maxima illius laus eſt, hæc certe ſumma eſt vis ejus, quod eadem hæc ipſa virtus inter Deum atque hominem medium tenet, quo quidem dempto medio, nullus eſt ad Deum acceſſus, nulla quæ ad eum perducat via, quæ & ipſa principio Deum cognoverit, & qui ſecundum ſe vixiſſent, inter deos retulerit. Cætera cum fluxa & fragilia ſunt auferri temporis momento poſſunt. At virtus firmum & ſtabile bonum eſt. Quæ cum nullius ſit externæ rei indigens; alia tamen omnia abſque illa manca ſunt, hucque atque illuc incerta feruntur. Felicem igitur qui bene agendo, recteque intelligendo perfectam fuerit virtutem aſſecutus, qui cupiditates compeſcens & quaſi extra pericula poſitus, liber ac ſecurus vixerit. Cumque ſibi ipſi lex eſſet leges nequaquam timuerit, & tanquam omnia ſub pedibus ſubjecta haberet, tutus inceſſerit contra populi rumores, contra tyrannorum libidines atque adverſus fortunam ita ſteterit ut ingruentem eam à ſe repulerit, neque manum porrexerit blandienti. CHAR. Quam vere & ſupra quam dici poſſit magnifice de virtute locutus es? Ac per Plutonem iſta oratio hominum expreſſit felicitatem, quam parum tamen animo cernentes cæcitate ſua in perniciem magis volentes eunt, quam

coacti

coacti trahuntur. Quotus enim ex iis qu
innumerabileis quotidie tranſveho, non
ipſum incuſat? non ſtultitiam quanquam
ro queritur ſuam? Quo magis optimi hoſ
tes veſtrum utrique gratulor qui & in age
do, & in perſpiciendo veritatem ſic ſecuti,
que adepti fueritis, unquam à vulgi ignora
tia longiſſime receſſiſtis, tam ad felicitate
proxime acceſſiſſe videamini. Sed jam ut
detis curſum confecimus & me trajicienc
aliis opus eſt regredi, vos ut deſcendat.
Ite igitur felices & quo animo vitam tradu
ſtis, mortem etiam feratis, per quam jam
ſtis immortalitatis viam ingreſſi. Tu ve
ſapientiſsime Mercuri gregem hunc coge
& ubi videbitur ad judices propera. MEI
Ego vero propero, vos ſequimini.

JODC

JODOCI KINTHISII AGRICOLÆ SERMO,

De Miſera Amatorum Conditione, deque inhoneſto Amore, unde tot duri eventus Iuvenum emergunt.

Ut morales Philoſophi hominis vitam duplicem aſſerunt, ita & nos ponimus duplices Amatores, in quibus totus amoris & omnis libidinis cardo vertitur, Activos ſcilicet & Contemplativos.

Contemplativi, vel ſi mavis Imaginarii, ſunt, qui ſe undique amari imaginantur, & quorum animus diro percito æſtro ſubinde huc atque illuc, ſemper irrequietus fluctuat, ſemper diſputans, cæteris obmuteſcentibus, de Amata, deque pectoralibus ſertis, vel roſaceis vel liliaceis, ab illa ultro miſsis, nihil aliud atque Amatam deſiderant, veluti Terentianus Carinus ſolebat, dicens: *Nihil aliud volo, niſi Philomenam*, furor iſte illi excubias excitat, de qua re Virgilius 4. Æneid.

Illum abſens abſentem auditque videtque.

Quod

Quod fuſius Terentianus Phedria declara[t in] Eunucho, idem ſibi à Thaide fieri exoptat [di-]cens, Me ames, me deſideres, me ſomni[es,] me expectes, de me cogites, me ſperes, m[e] oblectes, mecumque tota ſis. Hoc Bapti[stæ] Mantuani, Amyntas his verbis expreſſit [Ec-]log. 3.

Mea pectora im[a]
Virginis obſedit, mecum eſt, mecum itque reditq[ue]
Excubat & dormit mecum, caput, oſſa, medull[as]
Cor complexa, poteſt cum ſola excedere vita.

Idem 4. Eclog. Alphum introducens inqui[t]

A[...]
Nocte recordatus ſurgit paviduſque per umbr[as]
Dum graditur ruit in foveam, quæ fronde ſalig[nâ]
Captantis obducta feris & ſtramine ſicco
Inſtar erat putei fundo irremeabilis alto, &c.

Incidit in luporum caſſes miſer, de quo H[o-]rat. Satyr. 2.

Dum vitant ſtulti vitia in contraria currunt

Alii ſunt Activi Amatores qui fraude a[li-]qua ſubdola atque aſtu amorem ſimulant, t[a-]cito tamen cruciatu & interno affectu angu[n-]tur, diu noctuque Cyrcæ poculis infecti, a[c] Philtris in furorem aguntur, de illis itide[m] Horatius cecinit hoc modo:

Hic ſe præcipitem tecto dedit, ille flagellis
Ad mortem cæſus, fugiens hic decidit acrem
Pædonum in turbam, dedit hic pro corpore num-
mos,
Hunc perminxerunt calones, quinetiam illud
Accidit, ut quidem teſteis caudamque ſalacem
Demeteret ferro, &c.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

Et quod Contemplativi verbis, hoc illi ... ctis exſequuntur, de iis præſens conſidera... o eſt.

Secunda Diſtinctio Amatorum.

IMaginarii Amatores invicem plus quam τὶς διὰ πασῶν diſcant, Sunt quidam verbo... i, linguaces, blaterones, ac Spermologi, ... uorum imaginarius amor in verboſa gloria ... philautia ſolum conſiſtit, quibus nulli labo... es difficiles, nullæ anxietates permoleſtæ ... unt, quæ illos ab inſtituto amovere valent, ... tque in Amatæ miniſterio ancillantur, ſer... vientes Amatis, ut Hercules Omphalæ, de ... odoratis linteis gloriantes: & ſi quæ ſunt ſi... milia. Præfectum præficiunt Sardanapalum ... ultimum Aſſyriorum Regem, illius edicto co... guntur inter ſcortorum greges vivere. De iis ... Baptiſta Mantuanus Eclog. 1. dicit:

Quiſquis amat ſervit, ſequitur captivus amantem.
Fert domita cervice jugum, fert verbera tergo
Dulcia, fert ſtimulos, trahit & bovis inſtar aratrum.

Et paulo ſupra Fortunatus ait,

Ludit amor ſenſus, oculos perſtringit, & aufert
Libertatem animi, & mira nos faſcinat arte,
Credo aliquis Dæmon ſubiens præcordia, flammam
Concitet, & raptam tollat de cardine mentem,
Nec Deus, (ut perhibent) amor eſt ſed amaror & error.

Alii

Alii ſunt illuminarii, qui omnes angul[os] omnes parietes, ſuis coloribus atque pigm[en]tis, ſoli Amatæ dedicatis, illuminant. Et [no]tis quibuſdam majuſculis, ſeu literis cap[ita]lioribus parietes paſsim ſub amoris myſte[rio] clam deſignant; Et quod illi palam ore pr[ofi]teri non audeant, hoc creta ſeu carbon[e in] parietibus notant: Aliquoties animi affe[ctus] Hieroglyphis literis, quarum priſcis ſec[ulis] multus fuit uſus, exprimunt. Etenim Ve[ne]rem ſub malo rotundo (cujus Virg. mer[ni]nit) inſidentem pingunt.

Mala me Galathea petit laſciva puella.

Et Terent. in Eunuch. Virginem introd[u]cens in conclavi ſedens, ſuſpectans pict[am] quandam tabulam, ubi pictura inerat, q[uo]nam pacto Jovem Danai miſiſſe ajunt quo[n]dam in gremium aureum Imbrem per i[m]pluvium quo fucum faceret mulieri. Cuj[us] fabulæ Ovid. meminit 4. Metamor. De [...] Terent. Phedria. Quid igitur faciam? n[on] eam, ne nunc quidem, cum accerſor ultr[o] an potius ita me comparam, non perpeti m[e]retricum contumelias, excludit, revoca[t] redeam. Non ſi me obſecret. Quare Gnat[o] alibi quarto Actu, mulierum condition[em] commemorat, dicens: Imo certe novi ing[e]nium mulierum, Nolunt, ubi velis, & u[bi] nolis, cupiunt ultro. His nunc enarratis f[a]cile infertur & Amoris & Amatoris diffin[i]tio. Eſt enim amor ocioſi pectoris moleſti[a] quædam, in puero pudor, in virgine rubo[r] in fœmina furor, in juvene ardor, in ſene r[...]

ſu[s]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

us, in deriſore delicti nequitia, cui nihil nec
iperflui, nec diminuti adeſt.

Genus ſiquidem differre facit ab omnibus
iis alterius generis, ſicut ab amore divino,
ui habenti non moleſtus, ſed jucundiſſimus
ſt, & convenit omnibus contentis, ſub diffi-
ito, Amatoribus, tam Activis quam Imagi-
ariis.

De ſervili fœmineo genere.

CÆCA hæc Amoris libido neminem ex omnium hominum ſtatu, vel intactum, el ad minus non pulſatum, intitillatum ac on laceſſitum relinquit. Venus ad nutum rahit omnia Numina cœli, hæc ſi quid veale habet, aperte oſtendit, neque ſi quid oneſti eſt, jactat habetque palam, quærit, uo turpia cælet, nihil eſt quod non attenet, dummodo libidinem ſuam expleat; niilque eſt, quod non, ſi vult te credere, coat.

'emperiem nunquam, nunquam mediocria curat,
'el te ardenter amat, vel te capitaliter odit,

Aantuano teſte.

Hæc ſi audiat ſe amari mox ſuperbiet, ſeue Amorem Amatoris ignorare ſimulans, nox pudorem fingit, perinde, ut Venereæ ei neſcia, interim tamen os atque ſinum ornat, & in terram verſis ocellis incedit, quod, ut Virgil. docet) pudicas decet,

Tum breviter dicto vultum demiſſa profat.

Vulpina callida rem ſimplicitate guber-nat; Hæc ſunt ſtudia, hi caſſes, & mulieribus arma, quibus miſere Amatoribus impo-nunt; Eſt in illis, (de impudicis loquor) Cro-codili pietas, quę flendo Amatorem quo vult compellit; ut teſtatur Baptiſta Mant. Eclog. 4. Alphum loquentem introducens; his ver-bis:

Si gravis eſt, mæret torvo nimis hernica vultu,
Si ſtudeat comis fieri gravitate remiſſa,
Fit levis: erumpit blando laſcivia curſu,
Et lepore in molli radiat meretricius ore,
Flet, ridet, ſapit, inſanit, formidat & audet,
Vult, non vult, ſecumque ſibi contraria pugnat,
Mobilis, inconſtans, vaga, garrula, vana, bilinguis,
Imperioſa, minax, indignabunda, cruenta,
Improba, avara, rapax, querula, invida, credula, mendax;
Impatiens, oneroſa, bibax, temeraria, mordax,
Ambitioſa, levis, Maga, Lena, ſuperſtitioſa,
Deſidioſa, vorax, Ganeæ ſtudioſa, palatum
Docta, ſalax, petulans, & dedita molliciei,
Dedita blanditiis, curandæ dedita formæ,
Iræ odiique tenax, in idonea tempora differt
Vlciſcendi animos, infida, ingrata, maligna,
Impetuoſa, audax, fera, litigioſa, rebellis,
Exprobrat, excuſat, tragica ſua crimina voce
Murmurat, accendit rixas, nil fœdera pendit,
Ridet amicitias, curat ſua commoda tantum,
Ludit, adulatur, defert: ſale mordet amaro,
Seminat in vulgus nugas, auditaque lingua

At-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

Tuget, & ex humili tumido producere Olympum
Diſsimulat, ſimulat doctiſsima fingere cauſas,
rdirique dolos, fraudique accommodat ora,
ra omnes facili caſus imitantia motu, &c.

Hoc verſuum tenore Bap. Mantuanus grahice depingit ſervile fœmineum genus, atue crudelius nihil fore fœmina, ſuperbum enus, elatum lege, modo, ac ratione carens, onfinia recti negligens, extremis gaudet, c facit ſubinde omnia voto præcipiti. Aut el lenta jacet, vel concita nimis currit, ſemer hyems, ſemperque intractabile frigus, unquam temperiem curat, nunquam meiocria. Vnde 4. Æneid. Virgil.

Varium & mutabile ſemper
Fœmina.

Juvenal. 6. Satyr inquit,

Aut odit pueros, aut ficta pellice plorat.

Nihil eſt audacius illis deprenſis, iram atue animos à crimine ſumunt. Hinc rariſſime ontigit, ut bonæ atque ſatis probatæ mulieres inveniantur juxta illud Lucilli, *Heu facile ſt homini inventu bona fœmina nuſquam.* Illis nec ſemel placuit, hæc decies repetita placebit, ut teſtatur Horat. in Arte &c. Scortum iquidem (nam ſermo eſt de inhoneſtis mulierculis) Plauto teſte, mare eſt, quodcunque das, devorat, nunquam abundat, nunquam dicens, ſufficit; Etenim mare non eſt mare, ſed meretrix mare omnium acerrimum. Nullum extat in fœmina membrum, quod non redoleat, vel avaritiam, vel latrocinium, vel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

Deperit hunc furtim: limiſque aſpectat ocellis,
Hunc optat tenero poſſe fovere ſinu.
At juvenis, cui nomen erat Guiſcardus, acuto
Ingenio ſollers, conſilioque vafer:
Cognovit flammas & ſe perſenſit amari,
Nec minus occultis ignibus ipſe calet,
Eſtuat, & teneras eſt mollis flamma medullas,
Vt fervens ſtipulas urere flamma ſolet:
Hanc ſpectans pulchraq; oculos in virgine figens,
Divitias Crœſi deſpicit atque Midæ:
Giſmundam cupit: hanc ſolam noctesque dieſque
Flagitat, hoc ſolum nomen in ore ſonat.
Felices parili quibus alma caleſcere flamma
Dat Venus, & quorum mutuus extat amor.
Ambo Cupidineas pariter ſenſere ſagittas:
Ambo complexus colloquiumque volunt:
Quid faciat Giſmunda: patris cuſtodia magni
Hinc premit: hinc cohibet & decus atq; pudor.
Quid non ſentit amor: fallacem excogitat artem
Fœmina: & arcanas conficit ipſa notas.
Littera diſſecta celatur arundine furtim,
Quam dat amatori pulchra puella ſuo.
Callidus hanc Cannam temere non credit amator
Eſſe datam, inventas inſpicit ille notas. (ſtrat.
Gaudet amans, laudatq; viam, quã fœmina mon-
Polliciti expectans gaudia concubitus.
Scripta docent, furtivus amor conjungere amantes
Quo poſsit cupide tempore, quove loco.
Stat vetus & denſis veſtitur ſentibus antrum
Aulæ contiguum, principis ante domum.
Deſuper exigua patefactum luce foramen
Imminet hoc vepres, hoc quoque ſpina tegit:

Illinc

Illinc anguſti calles & ſemita tendit
Giſmundæ ad thalamum conſpicuoſque fores
Nemo hanc ſpeluncam longæva ætate pereſam
Noverat: hæc nullis uſibus apta fuit.
Quid non cernit amor? quid non veſtigat amator
Illum deprehendit fœmina prima ſpecum:
Illud monſtrat iter: carpendus floſculus illinc
Ille eſt, qui tantam ſpirat amariciem.
Quiſquis amare cupit, diſcrimina nulla recuſet:
Omneque tormentum judicet eſſe leve.
Guiſcardus nitidis exutis veſtibus, hirtum
Induitur corium, præcipitatque moras,
Impiger anguſtum demiſſo fune foramen
Intrat ſublustri nocte, jubente Deo.
Continuo cæcas nullo comitante latebras
Exuperat, Cœptis ſancte Cupido fave.
Tuque Venus juvenem qui ſe tibi credit ab omni
Eripe nunc caſu ſubſidioque fove.
Giſmunda interea dilectum expectat amantem
Sola, tremens, inter ſpemque metumque labens
Iam Guiſcardus adeſt, dominam jam conſpicit
Alter in alterius candida colla ruunt. (& jam
Oſcula jam carpunt: jam media gaudia ſumunt
Illa ſuum dominum jam vocat: ille Deam.
O fortunati, natique faventibus aſtris,
Gaudia ſi vobis hæc diuturna forent. (ptas
Nil homini firmum eſt: nulla eſt diuturna volu-
Candida nullius it ſine nube dies. (tant
Nam dura ſæpe jocos dum dulcia furta frequen-
Fortuna in laqueos inſidiaſque cadunt.
Primus furtivum ſentit Tancredus amorem:
Primus, proh natæ, cernit adulterium.
Ingemit, & magno perculſus corde dolore.

Qui

Quid faciat, neſcit: conſilioque caret.
Tandem cuſtodes tenebroſo ponit in antro,
Qui furtim egreſſus introituſque notent.
Sic miſer & fato natus Guiſcardus iniquo
Prenditur, & domini ſiſtitur ante pedes.
Cui mox Tancredus lachrymis fœdantibus ora,
Dat ſingultatis talia verba ſonis.
Nec mea te pietas: nec te clementia: nec jus
Improbe, in officio continuere pio?
Hoccine pro meritis tantis ingrate rependis?
Vt cupias noſtram commaculare domum?
Proh dolor: infandum facinus, ſcelerataque facta
Vidi ego: nil ultra diſsimulare potes.
Contra hæc Guiſcardus: majus Tancrede Cupido
Poſsidet imperium pluſque vigoris habet,
Quam tu, quam leges, quam fas, quam noſtra vo-
Is juſsit: contra quis queat ire Deos: (luntas;
Giſmunda interea tantarum neſcia rerum
Inter virgineos ſtat ſpecioſa choros.
Ecce pater lachrymans turbato pectore natam
Sevocat, & ſoli talia ſolus ait:
Cum tua nata mihi virtus probitaſque fuiſſet
Cognita, cum mores ingeniumque pium:
Credere te quivi nunquam committere tantum
Poſſe nefas, quantum his vidi ego luminibus.
Tunc pudicitiam potuiſti prodere ſanctam?
Et ſtupro corpus proſtituiſſe tuum?
Te propter miſera eſt atque ærumnoſa ſenectus
Nunc mea: te propter nunc mihi vita gravis.
Quid ſi inceſta tuo flagrabat corde libido:
Nec poteras caſto vivere caſta thoro:
Saltem patricius, ſaltem generoſus amator
Ille foret cui te proſtituiſſe cupis.

Hoc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

Hoc eſt quod doleo: quod cor mihi vellicat hoc eſt
Quod tibi Guiſcardus perfidus iſte placet,
Pauper: vilis: inops: humili de ſanguine natus,
Qui matrem ignorat ſordidus atque patrem.
Qui mihi mox meritas perſolvet ſanguine pænas
Collaque carnifici qui jugulanda dabit.
De te quid ſtatuam, dubia eſt ſententia: nutat
Mens mea: & à tantis fluctuat icta malis.
Hinc amor & pietas iram cohibere paterna
Me monet: hinc ſtimulat me tua nequitia:
Illa jubet veniam tibi me indulgere: ſed iſta
Vt præter genium ſim truculentus, atrox:
Exitus in dubio eſt: tu nunc exprome quid ipſa
In te decernas improba: ſcire velim.
Talibus exarſit magno perculſa dolore
Giſmunda & lachrymas vix cohibere poteſt.
Mox animoſa, viro ſimilis, lamenta recuſat
Fœmina quæ vitæ prodiga certa necis:
Hic patri reſponſa dedit: non deprecor, ipſa
Nec ego, quæ quereris me meruiſſe pater.
Altera res quoniam mihi nil prodeſſe valeret:
Altera ne proſit, nec juvet ipſa volo.
Non ego nunc verbis animum mulcere benignis
Quæro tuum: veniam nec peritura rogo.
Guiſcardum fateor gracilem non ruſtica amavi:
Et dum luce fruar, nomen amabo pium.
At non ut jactas, mihi tam furioſa libido,
Quam tua ſegnities ſuaſit amoris opus.
Debebas genitor calidæ meminiſſe juventæ,
Quantaque fœmineo pectore flamma calet.
Cernere debueras quod ſum tibi filia mollis:
Quod non ex ferro nata, neque ex ſilice.
Non tantũ ardet apex Æthneus: flagrat Olympus

Nec

Nec tantum, quantum cor juvenile calet:
Quanquam puellares genuino ardore medullæ
Flagrant: quas luxus delitiæque fovent.
Non potui ſterilis florem fructumque juventæ
Perdere veſtalis non ego virgo fui.
Olim experta virum, & Veneris dulciſsima dona.
Non queo mellitos non meminiſſe jocos.
Quid facerem? juvenis: dives: formoſa puella?
Id facio, quod vel Penelopeja probet.
Atria complures proceres pater ampla frequen-(tant,
Ingentes quorum conſpiciuntur opes:
Ex illis fateor, placuit mihi nullus amator;
Nullus Guiſcardo eſt viſus amabilior.
De quo conquereris, de quo gemis? eſt quia pau-(per:
Et quia majorum ſtemmata nulla colit:
Nemo eſt (crede mihi genitor laudandus ab illis
Quæ ſunt fortunæ munera fluxa bonis:
Veraque nobilitas non eſt in ſtemmate longo:
Non in cænoſis eſt ſita imaginibus.
Vna eſt cunctorum prima & genialis origo:
Omnibus eſt genitor Iupiter, eſtque Deus.
Sola facit virtus generoſum, ſola beatum:
Sola poteſt mentes demeruiſſe probas.
Hæc in Guiſcardo tam pura & clara refulget,
Vt fulget cælo Cynthia ſydereo.
Hunc ego dilexi: quod ſi pater optime, turpis
Hic tibi & infamis eſſe videtur amor,
Tu certe in cauſa: namque hunc tu ſemper amaſti
Qui tibi charus erat non mihi charus erit?
Eſt & erit charus: quod ſi veſtigia patris
Nata ſequor, debes ipſe probare pater.
Guiſcardus placuit: qui nobilis & generoſus
Virtute effectus conſpicuuſque viget.

Eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

Eſt pauper, fateor: ſed ſpectat dedecus ad te
Egregio qui des præmia nulla viro.
Verum nobilitas non paupertate fugatur:
Fortunæ virtus ſuccubuiſſe nequit.
Multi nunc regno clari ſceptroque potentes,
Olim pauperiem ſubſtinuere gravem.
Contra mendicat veſtem, victumque precatur,
Qui quondam magno floruit imperio:
Has fortuna vices præſtat: noſq; admonet, ut qu
Permutant dominum deſpicicantur opes.
At quod in extremo nondum decreſſe fateris
De me quid ſtatuas, ambiguuſque manes:
Illud tolle precor: nam ſi Guiſcardus ad orcu
Mittitur, atque tuo concidit enſe miſer, (lum
Subſequar ipſa comes: nam ſors quæcunque miſe
Me quoque ſæva manet: mors trahet una duo
I nunc fœmineo lachrymas effundere ritu,
Perge: unoque ambos vulnere dede neci.
Talia commemorans animo Giſmunda virili,
Reddidit attonitum ſollicitumque patrem.
Qui cuncta expendens, tandem ſic deſtinat: ut de
Guiſcardus meritum crimine ſupplicium.
Acciríque jubens fidum notumque miniſtrum,
Imperat ut jugulet nocte ſilente virum.
Iuſſa facit propere ſervus qui corda revellens
Ad dominum defert ſanguinolenta trucem.
Hoc cor Tancredus fulvo componit in auro:
Et mittit natæ dona nefanda ferus.
Admonet & ſervum: verbis ad munus adornet
Hæcque ſuo ad natam nomine juſſa ferat:
Hæc tibi dona parens mittit cape gaudia: ſunt hæ
Illa nimis cordi munera grata tuo.
Gaudia nam ſimili genitori ſorte rependis:

Qu

Qui potuit bis te ſoſpite poſſe mori.
Poſtquam Guiſcardi cor lamentabile novit
Giſmunda, ad famulum verſa dolenter ait:
Non aliter mitti meruit tam nobile munus:
Cordi conveniunt aurea buſta pio.
Hoc ſolum facies ô genitor, quod filia laudet,
Hoc propter grates nunc tibi triſtis ago. (quo:
amq; vale extremum hoc tibi jam moritura relin-
Mox pateræ incumbens, talia ſola refert,
O dulce hoſpitium, & Giſmundæ ſola voluptas,
Dulcius ô cunctis cor mihi divitiis.
Diſpereat qui cauſa fuit, qui juſſit ocellis
Invitis, ut te cogerer aſpicere.
Debuit eſſe ſatis, quod cordi corde videbam:
Quodque tuæ menti mens mea juncta fuit.
Vixiſti: & curſum tibi quem fortuna paravit
Expleſti, exutis ſollicitudinibus:
Iamque tenes metas, ad quas feſtina breviſque
Vita hominum properat quadrupedante gradu.
Fulvum Tancredus pater & regale ſepulchrum,
Iure dedit: virtus hoc tua digna fuit.
Nil præter lachrymas noſtras, præterq; querelas,
Heu cor dulce, tuis defuit exequiis.
Non tamen hæ lachrymis (ſic dii voluere) carebis:
Quas ego perſolvam nunc tibi vita pias.
Poſt hæc efficiam languens ut ſpiritus iſthinc
Egrediens, umbræ ſit comes uſque tuæ.
Te duce luſtrabo loca plena ſilentibus umbris:
Te duce per campos ibimus Elyſios. (res
Haud equidē dubito, quin tu quoq; noſtra perer-
Tecta, & apud manes officioſus ames.
Dixerat & lachrymis paterā manantibus implet,
Quæ velut effuſæ præcipitantur aquæ.

Oſcula

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

Oſcula dat cordi: gemebundaque lumina cordi
Inſigens largis flatibus ora rigat.
Mox ſiccata genas atque exaturata dolore
Iam tremebunda ſuæ conſcia mortis ait:
Exolui officium, quid amor pietaſque requirit
Noſtra: parentales ſtruximus inferias.
Dixit: & expromto quod fecerat ipſa veneno.
Ebibit impavide pocula mortifera.
Conſcenditque thorum manibus cratera retentans
Cordeque Guiſcardi cor premit uſque ſuo.
Mirantur famulæ ignaræ: pars fletibus ora
Commaculat: pavet hæc: illa ſtupore ſilet.
Aſt ubi jam dominæ ſenſim morientia membr
Aſpiciunt: properant: flentq; docentq; patrem
Ille repente volat thalamumq; ingreſſus apertum
Iam vita natam deficiente videt.
Ingemit & ſero damnat ſua facta: truciſque
Pœnitet incepti conſiliique mali. (tes
Tunc oculos moribunda levans Giſmunda jacen
Edidit extremos voce labente ſonos.
Has ſerva genitor lachrymas ad triſtia fata:
Non fatis noſtris talia conveniunt:
Quis furor hic: defles tota quod mente petiſti,
Defles quod factum eſt te faciente nefas?
Sed ſi ulla affectus remanet ſcintilla paterni:
Et ſi quid patriæ jam pietatis habes:
Te rogo ſancte parens: extremum hoc munus aman
Concede & natæ fac rata vota tuæ. (ti
Nil quoniam in vita nobis commune dediſti;
Communi ut ſaltem contumulemur humo:
Sic ait & cordi incumbens, dulciſsima linqui
Lumina: tartareas mox ſubit umbra domos.
Regia tunc omnis lachrymis planctuque ſonoro

Per-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

Perſtrepit & tota eſt luctus in urbe frequens.
Ante omnes gemitu princeps Tancredus acerba
Confectus, natæ ſe ſupereſſe dolet. (chrum
Poſt meritas lachrymas, & poſt lamenta, ſepul-
Extruit, antiquæ nobilitatis opus.
Atque una amborum cineres componit in urna:
Ambobuſque pias exhibet exequias.
Exitus hic ille eſt miſerorum & finis amantum,
Quos amor ante diem miſit in Elyſium.
Diſcite nunc juvenes, qui jam cœpiſtis amare,
Quot gemitus præſtet, quot mala ſævus amor.

Oſculum Panthiæ omnium formoſiſſimarum.

QValia laſcivo dedit oſcula ſæpe tonanti
Dardanius Phrygia raptus ab arce puer.
Qualia formoſa Veneri dilectus Adonis:
Qualia paſtori Tendaris Iliaco.
Qualia Tanarides tribuit puer oſcula Phœbe:
Amphitryoniadæ qualia pulcher Hylas:
Qualia purpureæ quæ conſpicit omnia lunæ:
Latmius in ſomnis contulit Endymion:
Talia mille dedi roſeis mihi baſia labris
Panthia: fervoris prima favilla mei.
Quantus odor: quantum divini nectaris illis:
Quantus mellis ineſt, Ambroſiæque liquor:
Cinnama quod ſpirant: quod olet cinireia myrrha
Et quod odorus Arabs Coriciumque Crocum:
Succina quod fragrant manibus tractata: quod
Vnguentum: & fracto fuſa falerna cado: (omne
Balſama quod ſpirant: redolent quod florea rura:
Quod citrum & violæ purpureæque roſæ:

Hoc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

Hoc redolent dominæ dulciſsima baſia noſtræ:
Hoc os formoſum labraque purpurea.
O me felicem: cui tu pharetrate Cupido,
Et Citheræa Venus tot tribuiſtis opes.
Non ego fortunas Crœſi, Pythiique Bithyni
Expeto, non gazas divitaſque Mydæ.
Me mea formoſis teneat foveatque lacertis
Panthia: rex regum tunc ego ſummus ero.
Me juvat, ut dominæ placeam, tolerare labores
Ærumnaſque graves, imperiumque ferox.
Me juvat æſtivas ſub Cancro ducere luces,
Ægocerique nives ire ad hyperboreas.
Obſequar ut dominæ durum nil ferre recuſo:
Si jubeat ſtygias nunc aditurus aquas.
Tantum forma valet, tanti eſt ſpectata venuſtas
Et decor, & facies, & lepor, atque ſales.
Si redeant veteres facundo pectore vates:
Elyſium vacuet ſi pia turba nemus:
Si Maro nunc repetat ſuperos: & culta Tibulli
Muſa & Naſonis: Pieriuſque chorus:
Nemo ſatis queat eximiam laudare puellam,
Et decus & faciem corporis egregii.
Huic eſt forma potens, ſunt æmula lumina ſtellis
Lumina quæ poſſent ſollicitare Deos.
Procerum corpus dominæ eſt, tereteſque lacerti;
Eſt formoſa manus, articulique leves.
Pes parvus, fulvæque comæ, facundaque lingua
Sunt modici riſus, Atticus eſtque lepos.
Hæc candore nives vincit, ſuperatque roſarum
Fulgorem: in toto corpore nulla nota eſt.
Quicquid agit, ſive incedit, ſive accubat, aut ſta
At ſedet, exornat, ſubſequiturque decor.
Tota decens, urbana, ſagax; eſt tota venuſta,
Totaqu

Totaque nativo pulchra colore placet.
Non Cerusatis incedit candida buccis:
Nec fucata genas atque ſupercilia.
Æſopa non ſpirat, Pharii nec ſtercora piſcis,
Non creta, aut aſinæ corpora lacte fovet:
Non oculos ſtibio linit, aut fuligine pingit.
Ah pereant, quibus hæc cura decoris ineſt.
Quid juvat extremo formam corrumpere luxu?
Atque peregrinis cultibus inficere?
Nonne Deus vobis faciem dedit: heu ſcelus, illam
Polluitis fuco, & læditis artificem.
Jupiter hinc in vos jaculatur fulmina, mittit
Excidium, peſtes, fœmineumque malum.
Noſtra Venus vivo prodit formoſa colore
Nativiſque placet dotibus atque bonis.
Quantum inter flores amarinthi & lilia fulgent:
Et violæ, & lothi, coccineæque roſæ:
Quantum inter ſtellas collucet luna minores:
Cinthia te quantum Cynthius exuperat:
Tantum inter pulchras radiat formoſa puellas
Panthia: purpureis æmula ſyderibus.
Cedat Peligni celebrata Borinna poëtæ:
Cinthia cum Nemeſi culte Tibulle tua.
Lesbiaque aſſurgat dominæ, Ticidæque per illa
Et tu jam Gallo dicta Lycorituo.
Diſsimulet faciem Lais Epireia: cujus
Traxerat attonitos forma ſuperba viros:
Forma Menandreæ fuerat, nec Thaidos olim
Tanta: nec eſt Phrynes tam decor egregius.
Sordida Penelope: turpis Virginia, turpis
Eſt collata tibi Panthia, Sulpitia.
Cedat Darei conjunx, Cornelia Magni
Hippodame: & comptis Laodemia comis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

Cedat & Abradate conſors tibi Panthia: cuj
Ipſa geris nomen nomine fictitio.
Si Paris hæc Phrygius Phrygia ſpectaſſet ab I
Non peteret portas Tyndari pulchra tuas.
Iupiter hanc videat ſubito deſcendet olympo,
Fiet olor, Satyrus, Taurus, & Amphitrio
Dia Camilla minor, minor eſt Lucretia: & omn
Italides matres: Cecropiæque nurus.
Statonice Antiochi diſtpar: Popeja Neronis:
Lamia Demetrii: candida Thargelia.
Cedite jam divæ: Tritonia: Iuno: Dione.
Quas Paris Idæis viderat ante jugis.
Quid majora loquar te Pentheſilea probabit
Et colet: heu nomen dulcius ambroſia.
Panthia formoſis formoſior heroinis,
Digna ſoror Phæbo: conjuge digna Iove e
Digna quidem cœlo facies: jamque incipit eſſe
Cognita & Eois cognita & heſperiis.
Hanc ego viventem vivus, defunctus amabo
Hanc quoque defunctam: ſic jubet alma Venu
O decus: ô facies: ô Cypride digna parente:
O & Germanis digna cupidinibus:
Panthia Dii tibi dent tercentum Neſtoris anno
Secula Titoni: perpetuumque decus.
Oſcula felicem dudum & fecere beatum
Me tua: ſi dederis cætera: divus ero.
Interea ardentem quæſo miſereare Philippum:
Sit tibi cura mei, me cape mancipium.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

Carmen amatorium.

COnſcia curarum, & fidi internuncia cordis,
  Quæ dominæ longa juncta es amicitia.
Daphne, de nobis loquitur quid Panthia tecum?
  Deque ſuo ſentit dic rogo mancipio?
Eſt ne oblita mei nulloque accenditur æſtu:
  Mutuus an pulchro pectore vivit amor?
O utinam vivas? parilique calore caleſcas
  Panthia: ſitque tuis oßibus ignis edax
Quantū Ætnæ ignes, Veſuvina incendia quantū,
  Et Liparæus ager flagrat & Eolius:
Tantum noſtra tuo flagrant præcordia amore:
  Ardet mens, animus totus: & ingenium.
Nunc ſcio quid ſit amor, nunc arcus, tela, ſagittas
  Sentio, flagrantes experiorque faces.
Nunc te cæleſtis, nunc te plebeje Cupido
  Noſcimus: & quantum pollet uterque Deus.
Dogmata divini memorant ſi vera Platonis,
  Sunt geminæ Veneres: eſt geminatus amor.
Cæleſtis Venus eſt nulla generata parente
  Quæ caſto ſanctos nectit amore viros. (pido:
Huic comes eſt magnus Deus: Ambroſiuſq; Cu-
  Quem docti norunt egregiique mares.
Altera ſed Venus eſt totum vulgata per orbem,
  Quæ divum mentes alligat atque hominum:
Improba ſeductrix, petulans, laſciva, proterva,
  Blandiloqua, illudens, imperioſa, procax.
Hæc & ceſton habet, qui nodus diſcolor omnes
  Blanditias geſtat, pharmaca, nequitias.
Hanc comitatur amor, facibus qui pectora ſæva
  Vrit, & infernis imperat & ſuperis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

Subdolus, impoſtor, mendax, truculentus & aſpe
Blanditiis pollens fraudibus atque dolis.
Hic domitat pecudes, piſces, inſecta, feraſque,
Monticolas Faunos, Sylvicolaſque Deos.
Hic mortale genus pharetra ſuccinctus & arcu
Et face debellat cœlicolaſque Deos.
Pocula dat dulci circumlita melle: ſed intus
Fel gerit, & longam fundit amariciem:
Principio juvat, & mentes demulcet amantum:
Mox ferus exagitat deſpoliatque rapax.
Divitias lacerat, cum damno dedecus affert,
Emollit mentes, ludificatque ferox.
Diſtrahit, exanimat, cruciat, verſatque rotatq
Carnificiſque truci fungitur officio.
Improbe amor quantis mortalia corda fatigas
Curis? & quantis ſæve cupidinibus?
Perfide quot juvenes jugulaſti quotque puellas
Quot tua præcipitant ſpicula & inſidiæ?
Teſtis Abydenus juvenis, tibi quem rapit orci
Helleſpontiaco Seſta puella mari.
Teſtis Priamides, qui dum Spartana petebat
Connubia, evertit ſeque ſuumque genus.
Teſtis Tarquinius: cui dat Lucretia raptos
Per vim concubitus, imperiumque rapit.
Iphis Anaxeroton dum non tolerare ſuperbam
Suſtinet, infelix à trabe pendet onus.
Non pudet Alciden geſtare monilia colli:
Lydiaque ingenti ducere penſa manu.
Vertitur in fontem Biblis Phœbeia, Cauni
Dum petit amplexus fratris, & ille fugit.
Myrrha quoq; infando correpta cupidine Stacte
Sudat odoratam, delitiaſque parit.
Lesbia quinetiam perculſa Cupidinis œſtro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

Sappho de celſa Leucade membra dedit.
Cælicolis riſus Mars & Cytherea fuerunt:
Mulciberis vincti retibus atque dolis.
Quid memorem ærumnas hominũ cladeſq; deorum,
Quos tua percußit dire Cupido manus?
Ipſe Panonphæus quoties fit fabula turpis
Iupiter? & ſolio labitur æthereo:
Vt tua ſectetur dictata: nec ire recuſat
Sub juga, & imperium ferre cupidineum,
Taurus in Europa eſt, Satyrus Dycteide, cygnus
In Læda, Alcmenam comprimit Amphitryon.
Ergo ego cum videam ſuperos, ipſumqueTonantem
Ire ſub imperium ſervitiumque pati:
Non gemo, non doleo, de me pharetrate Cupido
Si figis caſtris lauta trophæa tuis.
Cuncta feram, patiarq; libens: jam ſigna tubaſq;,
Incipioque artes noſſe cupidineas:
Omnia jam novi, docuit ſtratagemata & aſtus
Sævus amor: non ſum tyro, ſed emeritus.
Me lachrymæ, & longi doctum fecere labores,
Perpetua anxietas, excubiæque graves.
Panthia me docuit qui ſint in amore dolores,
Affectus, curæ, gaudia, damna, doli.
Nũc ſcis quas leges: quæ jura: aut dogmata ſævus
Iußit amor: ſcripſi ſingula & edidici. (pax,
Quæ ſpes, quive timor, quod bellum, fœdera, quæ
Induciæ fiant, atque inimicitiæ:
Nunc ſcio quanta gerat ſecũ mens prælia amantũ,
Quantaque mobilitas dißidiumque premat.
Hoc velit, hoc nolit, cupiat quod ſpreverat ante:
Fluctuet ut glauci fluctuat unda ſali.
Vt mens infelix alieno in corpore vivat:
Vtque animus dominæ migret in hoſpitium.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

Nunc ſcio quam largi ſunt flatus: utq; medulli
Oßibus & venis fervida flamma latet.
Vt ſine febre dolet: ſine morbo languet amator:
Vt ſomni vigiles: irrequieta quies:
Vt rubet, ut pallet ſubito, mutatque colores,
Sive pudor vexet pectora, ſive timor.
Nunc ſcio ut infractæ voces, mutilataque verb
Vt coram domina cor ſalit atque tremit,
Vt quam longa gravi ſuſpiria corde trahuntur
Vt modicus riſus, multus amaror ineſt,
Vt gaudet læta, plorat plorante puella:
Induit & vultus vultibus alterius.
Nunc ſcio ut infelix dominæ veſtigia quærit,
Et reperiſſe timet, mobilitate levis,
Genua labant, quoties faſtoſæ limen amicæ
Tranſit, & in toto corpore membra tremun
Nunc ſcio quantus amor ſupra caput inſtet
matum,
Atque omnem ſophia conſiliumque fuget.
Condita quam parvo ſint larga abſinthia melle,
Lurida vel quantum pocula fellis habent.
Malo ego Lerneæ immedicabile virus Echidnæ
Oraque Avernalis terna ſubire canis:
Cum Libyco nudas monſtro exercere paleſtras
Ærumnasque graves herculeaſque pati:
Quam colluctari tecum pharetrate Cupido,
Et perferre tuas imperioſe faces.
Nunquam liber erit, nunquam mihi credo beatu
Aut probus, aut prudens, quiſquis amator eri
Vita ærumnoſa eſt, mors eſt infamis amantum
O felix quiſquis talia non pateris.
O felix Veneri medium qui porrigis unguem,
Et rides arcus, ſpicula, tela, faces.

A

Aſt ego, quem ſic dii voluerunt vivere, vivam,
Emoriarque tuum Panthia mancipium.

Philippi Beroaldi Diræ in maledicam Lenam.

EST quædã deformis anus: maculoſaq; lingua
Garrula, latratrix, perfidioſa, procax,
Livida, detractrix, mordax, quæ dente canino
Oreque vipereo nigra venena vomit.
Inficit os livor, ſordent rubigine dentes,
Sunt oculi torvi, cordaque felle virent.
Nomen habet Lenæ, quod ſic eſt moribus aptum
Vt ſunt apta fero bellica tela Deo.
Hanc fugiunt omnes, pavet hanc vicinia tota,
Vt pavet aſpectum comminus agna lupum:
Hæc facere inviſos genitori perfida natos,
Hæc fratres poſſet diſſociare pios.
Hæc ſi fæcundum concuſſerit improba pectus,
Fuderit & virus vipera lethiferum:
Nulla fides, nec pax, nulla eſt concordia, nec jus,
Nullus amor veteres inter amicitias:
Oderit Æacidem Patroclus: Caſtora Pollux:
Ogygidem Tydeus: Theſea Pirithous:
Nec Pythiam Damon: Pilade nec amabit Oreſtes:
Nec Siculi fratres pectora fida gerent.
Fraudum mille modos, artes quoque mille nocendi
Hæc habet, & linguam vibrat in excidium.
Sibilat & noſtros tentat diſrumpere amores.
Vt quæ dicta mea eſt, non velit eſſe mea.
Vellicat hæc, furtimque odii gliſcentia ſpargit
Semina, flagrantes atque inimicitias.
An tu de nobis audes maledicere? tune

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

Vipera connexos diſſociare duos?
Garrula tune ſeris virus linguamque procace
Exeris? & pacem rumpere ſæva paras?
Nulla fuit nec erit tam magna potentia linguæ,
Vt ſit amatori Panthia dura ſuo.
Malo inimicitias divûm ſummique Tonantis:
Quam mihi ſit dominæ mens inimica meæ:
Quæ mihi divitiis, vita jucundior ipſa,
Charior eſt geminis quæ mihi luminibus.
Nullus amor tantus, nullus ſic tela medullis
Flagranteſque faces ſenſit & incaluit.
Non ſic Priamides Helenen dilexit: amicam
Mæoniam non ſic Amphitrioniades.
Non ſic Tindaridæ geminas Leucippidas ambo
Nec Venerem Mavors belliger æthercam.
Non Daphnen Phœbus, Cidippē Acontius ardet
Non tanto Semeles æſtuat igne tonans.
Miſce & cunctorum quotquot narrantur amores
Aut par, aut major noſter is ardor erit.
Panthia ſi mihi ſit contraria, perdite quæſo
Me ſuperi: & feriar fulmine fatifero.
Te ſine nulla quies, nulla eſt mihi vita beata
Panthia: nec vinum, nec cibus ipſe juvat.
Iupiter omnipotens flagranti percute telo
Vipeream linguam ſacrilegumque caput.
Hoc ego ſumme pater, petit hoc vicinia tota;
Hoc pulchra ante alias Panthia noſtra rogat
Thure vaporabo phanum, cædamque bidentes:
Ornaboque tuas fronde virente fores.
Quin ego tunc, mecumque ſimul mea Panthia vot
Ambo rei, dabimus carmen & exta Iovi:
Quid tibi Lena precer pro talibus improba dictis,
Et pro funeſtis improba criminibus?

Terra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

Terra neget victum, tibi deneget unda liquorem:
Æthere nec poßis ſyderibuſque frui.
Infeſtus tibi ſit Vulcanus, noxius aër,
Offendant oculos Lunaque Solque tuos.
Dii faxint, ſubito percuſſa ut ſydere lingua
Nec muſſare velit, nec blaterare queat:
Dira fames & dira ſitis tua viſcera vexent:
Nullaque ſit vini copia, nulla cibi.
Sæpe roges mortem, nec mors tibi ſæpe rogata
Adiit: ſintque tibi ſecula Neſtorea:
Marceſcaſque ſitu putri: carioſaque membra
Curventur: nec nox, nex juvet ulla dies.
Sis quoque pallidior buxo: villoſior urſa:
Nigrior & moris: aridiorque ſcobe.
Vt caret Oedipodes oculis & lucis honore:
Tu quoque ſic careas vipera luminibus.
Nec tibi recta magis ſint crura, pedeſque decori,
Quam ſunt mulciberis tardipediſque Dei.
Guttur ut Frigones aſtricto fune pependit:
Sic tua per laqueos colla nefanda crepent.
Vt Niobe in ſaxum: ut Biblis vertaris in undam
Par facies urſæ ſit tua parrhaſia.
Vt myrrhæ eſt cortex, utque eſt Phaetontias arbor,
Arboreas frondes ſic tua membra ferant.
Olim ut Nyctimene facta eſt nocturna volucris
Obſcura ſic tu noctua nocte voles.
Vt ſenſit Phœbi lethalia tela Coronis,
Sic te configant ſpicula lethifera.
Te premat omne genus morborum: & fervida peſtis
Exurat corpus: dilanietque cutem.
Calculus & vomicæ putres, turpeſque podagræ:
Et Cheiragra, & lateris cardiacuſque dolor:
Præterea omne genus tormenti: omneſque dolores

: Te miſeram excrucient conficiantque truces.
O utinam vivens cunctos patiare dolores
Quos omnis paſſa eſt fœmina : quoſque feret.
Poſt obitum tibi ſit tormentum vulturis atri :
Siſyphiuſque labor : Tantaleuſque liquor.
Te ſolam lacerent furiæ : rumpantque flagella,
Et laſſent crebris brachia verberibus.
Sola luas pœnas : umbræ maneſque quieſcant :
Excipe cunctorum vipera ſupplicium.
Quantum cerva pavet fulvum trepidatque leonē
Accipitrem quantum blanda columba timet
Quantū aquilā cygnus : congrum murena, camelū
Odit equus : vitem braſsica : capra lupum :
Quanta inter mures atque eſt diſcordia feles,
Quantum mus volucri diſsidet ardeola.
Tanta mihi tecum eſt diſcordia vipera : tantum
Et odium, atque truces ſunt inimicitiæ :
Donec pugnabunt calidis frigentia : ſiccis
Humida : cum duris mollia : & ignis aquis.
Donec erit ſtabilis tellus & mobilis unda :
Errabitque polo Cynthia ſtellifero :
Dum velox Tygris : ſegnis teſtudo : ſalaces
Erucæ : pontus cærula : albus olor :
Dum lepus hirſutus : fulvus leo : lubricus angues :
Curvi delphines, aſper echinus erit :
Tecum bella geram & certamina dira : nec iras
Finiet interitus, nec mihi longa dies.
Poſt obitum manes pugnabunt manibus : umbram
Impetet umbra minax conficietque tuam.
Sic nunquam viva & nunquā defuncta quieſces :
Vivus ero infenſus : mortuus aſper ero.
Dii, juſtas audite preces, rata vota precantis
Efficite : hanc meritis plectite ſuppliciis.

Eve-

Eveniet: mihi ſigna Deus dat certa, valeto
Vipera: jam diras experiare meas.
Cumque tuum ſteterit foſſa tellure cadaver:
Id lacerent volucres: diripiantque feræ.
Inteſtina canes: omentum & viſcera corvi
Diſcerpant: rapidæ cætera membra lupæ.
Cumque minutatim fueris conciſa locutrix,
Vulturis inprimis ſit tua lingua cibus.

AMORIS IMAGO puerilis.

DElirant in amore ſenes: hinc jure Cupido,
Vt puer eſt pictus: repueraſcit amans.

Amor cur nudus.

Scire cupis careat cur veſtibus ardor amoris:
Nudus amor nulla diſsimulatur ope.
Frigora veſtitum depoſcant: ignis amoris
Nudus agit, vult & ſe ſine veſte coli.

Filiæ elocandæ, non comperendinandæ.

Filia non parcens à luſtris quinque pudori
Hæres inviti patris habebit opes.
Ipſe ſibi culpam pater, eſt opus, imputet omnem,
Extitit illius qui mala cauſa mali;
Stultus id ætatis qui gnatam in cælibe lecto
Degere torpentem vult, gelidoque toro.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

Puellæ fallax oratio.

Singula, quiſquis amat, perpendat verba puellæ
Sæpius abſcondit lingua diſerta dolos. (tur.
Non nymphæ ex animo, tantum è pulmone loquū-
Vafra dat incauto verba puella proco.

In vetulam ducturientem.

O juvenis quem cæcus amor dementat habendi,
Quæ tibi cum vetula vita jugalis erit?
Cui ſpes progeniem tollendi nulla remanſit,
Prole carens thorus eſt, quod ſine ſole polus.

Hiſtoria adulteri ſacerdotis.

Ante annos aliquot nota mihi vixit in urbe,
Qui regeret ſummi, paſtor, ovile Dei.
Cui quamvis frontem modo ruga ſenilis araret:
Attamen ille ſenex flamen adulter erat.
Qui cum paſtor oves de religione moneret,
Magna voce alios de pietate docens,
Aſpicit inſignes forma florente puellas,
Quæque aliis loquitur, non ſibi dicta putat.
Concipit occultas vetulo ſub corpore flammas:
Tantus in exſucco corpore fervor ineſt.
Turpiter & primus ſecum diſſentit & ardet:
Ignea ſulphureis ardet ut Ætna jugis.
Ac è ſuggeſto ſibi contemplatur amatam:
Illa fuit civis juncta marita toro.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

Et quanquam uxorem ſceleratus flamen habebat:
(Quæ rapitur furto, dulcius eſca ſapit:)
Alterius nuptam prenſatam ducit in hortum,
Tutus ubi poſſet jus violare tori.
Suſpicioſus erat tum forte maritus in horto:
Ille, ſibi quicquid ſuggerit ira, facit.
Namque ſacerdotem prenſat dorſumque fatigat
Fuſtibus, & nullas ſcit tolerare moras.
At flamen contra compenſans verbera verbis,
Sic ait, & largis fletibus ora rigat:
Officio jam parce meo, jam parce rogatus
Reſpectumque mei muneris, inquit, habe.
Plenus at irarum, nec ceſſans fuſte maritus
Sic contra (tanta eſt flamma furoris:) ait:
Si ſacros hauſi latices ſi Biblia legi;
Et ſi, quæ didici, commeminiſſe queo:
Integritatis amans noſtræ ſit præco ſalutis,
Nec tondere ſuas paſcere debet oves.
Se ſubduxiſſet niſi fugiſſetque ſacerdos,
Fatali oppreſſus fuſtibus eſſet humo.
I nunc crede annos obſtare libidinis igni,
Vim magnam in ſiccis oſsibus ardor habet.

Hiſtoria viri cujuſdam uxorem propriam inſciè proſtituentis.

VIr virtute carens, latæ telluris habebat,
Dives opum, fundos lanigerumque gregem,
Sumtibus immenſis laqueatas ſtruxerat ædes
In quibus inſignes ſemper alebat equos.
Huic conjunx opibuſque potens, cultuque decora,
Quæ Venerem facie vincere poſſet, erat.

Non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

Non illi deerat, vitæ quod poſceret uſus,
Præterquam læto tempore noſſe modum.
Divitiis pollebat enim, non arte fruendi:
Non animus recte qui frueretur, erat.
Curam aliquam ſtudiis non impendebat honeſti
Non bene perceptis artibus hoſtis erat.
Illius ars hæc una fuit, ſine fine bibendo
Noctibus æſtivos continuare dies.
Atque fide majora loqui, contemnere doctos,
Egregie inſulſos ſpargere ſæpe ſales,
Obſcœnos jactare jocos, coramque puellis
Ingenuis nunquam non inhoneſta loqui.
Huic ancilla domi, pecudis villæque magiſtra,
Moribus & facie non male culta fuit.
Tantum in pagana potuit natura putella,
Vt formæ nullis artibus eſſet opus.
Cultus & urbanis quicquid largitur, & aurum
Luceat ut toto ſplendor ab ore magis;
Hoc, ubi vendibilis magis & jucundior eſſet
Hæc, natura ſua contulit omne manu.
Mox ad eam dominus cupidos adjecit ocellos,
(O quantum ad flammas ponderis iſtud habet.)
Vulnus alit venis, cruciatum ſentit amoris,
Iamque facultatem vix rationis habet.
Mentibus humanis Di talem avertite flammam,
Verius hic furor eſt quam generoſus amor.
Excitat ingenium, docet artes ardor honeſtus,
Gaudet ab inventis nobilis eſſe ſuis.
Non homines inter pecudes proſternit inertes:
Mortales potius ſed facit eſſe deos.
Nunc autem qui liber homo dominuſque fuiſſet,
Servulus ancillæ ſuſtinet eſſe ſuæ.
Illam fert oculis, ſola dependet ab illa,

Imperium promptus ſervitiumque pati.
Quanquam conjugii ſociamque maritus habebat,
Debebatque tori non maculare fidem:
Attamen à ſerva precibus contendit agreſti,
Hiſque minas miſcet blanditiaſque minis;
Ne dubitet ſanctum ſtupro violare pudorem,
Nec modo verba dedit, munera ſæpe dedit.
Aſt ancilla ſui perquam ſtudioſa pudoris
Spem cupido nunquam callida fecit hero.
Cumque fatigaret dominus precibuſq; miniſque,
Non tamen hæc precibus mota miniſque fuit.
Rem vero dominæ totam patefecit herili,
Talia quæ famulæ verba locuta fuit:
Fac dominum accerſas ſub ſera crepuſcula noctis,
Huc ubi conveniunt in ſua ſepta greges.
Perſonam ſimulabo tuam, ſtabulumque ſubibo,
Inque meo incautus jure maritus erit.
Tu melius curam ſic virginitatis habebis:
Cenſuram graviter ſentiet ille meam.
Serva igitur dominum compellans talibus ultro:
In ſtabulo furtim conveniamus, ait:
Cum tenebræ terras, & tempora noctis habebunt
Conveniens nobis nox erit atque locus.
Ignes ſentimus flammamque Cupidinis ambo:
Extinguat flammas has in utroque Venus.
Iam tenebræ terras & tompora noctis habebant,
Pronus & Heſperias Phœbus obibat aquas,
Iam ſe contulerant conjunx in ſepta, gregeſque,
Cum pecude in ſtabulo fœmina dives erat.
Frigerat in domino turpes mora perbrevis ignes:
Ardor & in Venerem non ita magnus ineſt.
Quod ſcelus ergo cavet, quod perpetrare veretur,
Illius famulo ſuaſor & auctor adeſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

In pænamque ruens famulo ſic obvius inquit:
Forma meæ ſervæ quanta ſit, ipſe vides.
Ad patrios redeat ſi non vitiata penates,
Cum mihi turpe ſiet, tum mihi turpe ſiet.
Obtulit illa mihi ſeſe in ſtabulumque vocavit,
Sed me legitimum ſcis prohibere torum.
Te nihil abſterret: gravidis tua crevit ariſtis
Meſſis, in has ſegetes utere falce tua.
Stulte quid in rapidos hanc ſylvam ſuggeris ignes
Stulte quid ardenti fers alimenta foco?
Nempe leves ſtipulas urentibus ignibus addis?
Addis incenſis arida ligna focis?
Si neſcis, tuus eſt alieno fundus aratro
Preſſus: lana tuæ nunc laniatur ovis.
Non vocat, at patius rapit hæc occaſio ſervum
Qui ſtatus eſt, in eum pervenit ille locum.
Hic ubi flagitio fuit exſaturata libido,
Ex hoc diſceſsit falſus uterque loco.
Ingenua at poſtquam cubitum ſe contulit uxor,
Alludens tum quid neſcio fecit herus.
Hæc furit atque virum manibus cubitoq; repelli
Effundenſque ſui verba doloris ait:
Tu mihi complexu non amplius eſto moleſtus
Improbe, teque aliis perge probare virum.
Cuncta viro narrat, temerati nuncia lecti,
Fraudis & admiſſæ conſcius ille tacet.
Quid faciat? neget? evincit res ipſa negantem:
Indicet? & luctus augeat ipſe ſuos?
Ergo blanditur dominæ veniamque precatur,
Et quacunque poteſt parte placere, placet.
Applicat ancillæ poſthac ſe ſervus, & illam
Invitam ſequitur baſia multa ferens.
Titillat digitiſque latus ſtantoſque papillas

Et quæ præterea mandat ineptus amor.
Præteritæ memorat communia gaudia noctis,
Et ſtabulo grates huic vehementer agit.
Hæc negat acceptam ſeſe, dominamque fatetur,
Omniaque, & quæ ſint ordine facta, refert.
At ſervus tollens patrato ex crimine criſtas
Se domini affinem jactitat eſſe ſui.
Flagitioque ſuo pupulari more triumphat,
Delitiiſque ſuis compita cuncta replet.
Ac hominum crebris aures ſermonibus implet:
Vt temere in laudes hoc genus ire vides.
Comperit hoc dominus, ſervoque ſilentia mandat:
Hoc minus iſte tacet, quo magis ille vetat.
Laudibus at crimen facinuſque ingentibus effert,
Nec domini eſt precibus muneribuſque locus.
Turpia ſervorum veluti grex laudibus ornat,
Inque recenſendo crimine fronte caret.
Scilicet hæc domini quæſita libidine laus eſt:
Hæc domini juſſa palma relata fuit.
I nunc, inſidias ſtrue virginitatis honori:
I nunc, ſis leno conjugis ipſe tuæ.

Cur fœminæ citius creſcant viris.

VT lolium ſegetes creſcendo vincit, ut alte
Emicat hortorum carduus inter opes:
Fœmina ſic maribus citius conſurgit in auras,
Fœmina non ullum ferre parata modum.
Nimirum pravæ creſcunt velocius herbæ:
Fœmina quas inter connumeranda venit.

INDEX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

INDEX

Eorum quæ in hoc libro continentur.

Hiſtoria de Eurialo & Lucretia. fol. 1

Literæ amatoriæ Hannibalis ad Lucretiam, regis Epirotarum filiam 80

Amoris illiciti medela 83

Declamatio Ebrioſi contra ſcortatorem, & aleatorem 91

Scortatoris & aleatoris recriminatio adverſus ebrioſum 107

Declamatio pro Philoſopho 128

Declamatio pro Medico ibid.

Declamatio pro Oratore ibid.

Idea clandeſtinarum deſponſationum, quæ fiunt mediantibus mulierculis 149

I. Quæſtio de philtris ſeu poculis amatoriis, quid ſentiendum ſit 158

II. Quæſtio de faſcino, quid ſentiendum 161

III. Quæſtio ut conjugium feliciter ſuccedat, in quid maxime incumbendum? 165

IV. Quæſtio an uxor marito, an maritus uxori dominari debeat 175

Oratio de Matrimonio literati, an cælibem eſſe, an vero nubere conveniat 203

Auguſti Cæſaris oratio ad maritos 238

Item

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

tem oratio ad Cœlibes, indidem deprompta 241
oſſus de immoderato mulierum cultu 248
tem de immoderato mulierum ornatu 250
upanaria atque adeo ars meretricia, quibus initiis atq; ſucceſſibus primitus conſtent 279
enones atque lenæ quibus artibus furtivos congreſſus promoveant 290
Qui mulierum generi mores ſint fere peculiares ac quaſi innati 307
De vanitate ſaltationum & chorearum, earumque periculis & ortu 310
oan. Joviani Pontani Charon Dialogus 314
odoci Kinthiſii Agricolæ ſermo de inhoneſto amore 381
dem de ſervili fœmineo genere 385
De ſtatu ſeculari 396
De mariti & uxoris glutino 401
Exemplum de quodam uxorem ducente, nolente ulterius litteris incumbere, eò quod impediret Philoſophiæ ſtudium 408
Cur Mulierum natura calidior quam virorum 409
Cur Mulieres difficilius inebrientur 411
Quare timentes pallore, pudenteſque rubore afficiantur 413
Carmen amatorium Monialis & adoleſcentis 415
A Deo præſtitutum eſſe tempus ducendi uxorem 416
Vxoribus quid faciendum 417
Grex umbrarum nocentium 418 innocentium 419

In

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

In effigiem amoris carmen ibid
Carmen Philip. Beroaldi de duobus aman-
tibus 42[illegible]
Oſculum Panthiæ omnium formoſiſſimarum
431
Carmen amatorium Philipphi Beroaldi 43[illegible]
Diræ in maledicam Lenam 43[illegible]
Amoris imago puerilis 44[illegible]
Amor cur nudus ibid
Filiæ elocandæ, non comperendinandæ ibid
Puellæ fallax oratio 444
In vetulam ducturientem ibid.
Hiſtoria adulteri ſacerdotis ibid.
Hiſtoria viri cujuſdam uxorem propriam in-
ſcie proſtituentis 445
Cur fœminæ citius creſcant viris 449

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 M 25